This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.

+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.

+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.

+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at `http://books.google.com/`

NYPL RESEARCH LIBRARIES
3 3433 07483933 7

POEMATA

IN THEATRO SHELDONIANO

RECITATA.

VOL I.

Typis J. Munday.

POEMATA

PRÆMIIS CANCELLARII ACADEMICIS

DONATA,

ET

IN THEATRO SHELDONIANO

RECITATA.

VOL. I.

OXONII:

VENEUNT APUD J. MUNDAY; ET APUD LONGMAN, MURRAY, REES, ET ORME, LONDINI.

1810.



LECTORI.

HABES poemata quædam apud Oxonienses præmio annuo donata. Hæc cum multorum manibus sparsim versarentur, in unum collegi, utpote qui, spondentibus aliis, opus essem facturus, candido et benevolo lectori, non ingratum. Id autem ne ordine continuaretur integro, causæ sunt, quas ut liceat dolere, minime tamen incusare ausim. Neque profecto si qui sint, quibus istiusmodi causæ parum placuerint, id mihi vitio vertant, quod aliorum flores, renuentibus auctoribus, fasciculo meo intexisse prorsus noluerim. Prætermissa sunt igitur de serie in annum usque MDCCCV. poemata duo.

Quod ad formam operis attinet; cum ad tertium volumen conficiendum deficeret materies, tria in duo comprehensa esse volui, et minore pretio venire, ne forsan aliorum viderer vel existimationem vel famam mei ipsius posthabuisse emolumento. Vale, lector, juvenilesque hos labores æqui bonique accipias.

ELENCHUS POEMATUM.

VOL. I.

ARS MEDENDI. Jackson, ex Æde Christi, 1772, 1

Rei Nauticæ Incrementa. Lowth, è Coll. Nov. 1773, 17

Alfredus. Warton, è Coll. Trin. 1775, 27

Et nunc omnis ager, &c. Cumming, è Coll. Nov. 1776, 53

Petrus Magnus. Abbott, ex Æde Christi, 1777, 63

Impellitque Rates, &c. Alcock, è Coll. Nov. 1778, 75

Vis Electrica. Grenville, ex Æde Christi, 1779, 87

In Mortem Jacobi Cook. Wellesley, ex Æde Christi, 1780, - - - - - - - - 99

Columbus. James, è Coll. Regin. 1782, 109

Calpe Obsessa. Bowles, è Coll. Trin. 1783, 121

Globus Aerostaticus. Abbott, è C. C. C. 1784, 135

Roma Alarico, Gothorum Rege, Spoliata. Benwell, è Coll. Trin. 1785, - - - - 147

Pictura in Vitro. Le Briton, è Coll. Pemb. 1786, 157

Rex à Violenta Regicidæ Manu Ereptus, &c. Richards, è Coll. Trin. 1787, - - - - - 171

Ars Chemiæ. Vaughan, è Coll. Mert. 1788, 185

VOL. II.

Iter ad Meccam Religionis Causa Susceptum. Canning, ex Æde Christi, 1789, - - - - 1

Howardus Humanitatis Causa Peregrinans. Penrose, è Coll. Nov. 1790, - - - - 17

Hortus Anglicus. Cooper, è Coll. Regin. 1791, 31
Maria Scotorum Regina. Richardson, è Coll. Univ. 1792, - - - - - - - - - 45
Ludi Scenici. Puller, ex Æde Christi, 1794, 57
Marius in Tugurio Carthaginiensium Ruinarum. Copleston, è C. C. C. 1793, - - - - 69
Classis Britannica. Baker, è C. C. C. 1795, - 81
Coloni in Africæ Oram Occidentalem Missi. Atkins, è Coll. Nov. 1796, - - - - - 95
Rhenus. Herbert, ex Æde Christi, 1797, - - 109
Vis Magnetica. Rathbone, è Coll. Nov. 1798, 121
Nilus. Webb, è C. C. C. 1799, - - - 135
Religio Bramæ. Conybeare, ex Æde Christi, 1800, 149

VOL. III.

Carmen Seculare. Heber, è Coll. Æn. Nas. 1801, 1
Fodinæ. Lipscombe, è Coll. Nov. 1802, - - 17
Byzantium. Shuttleworth, è Coll. Nov. 1803, - 31
Melite. Williams, è C. C. C. 1804, - - 45
Natale Solum. Vernon, ex Æde Christi, 1805, - 59

ARS MEDENDI.

ARS MEDENDI.

UNDE adsint morbi, dulcem quæ funera vitam
Præripiant; spes quanta ægris, et cura salutis;
Herbasque, atque omnem varii medicaminis usum,
Expediam: neque enim virides decerpere laurus
Non juvat, et multæ accendit spes æmula famæ.
Sanctum opus, æternique Dei carissima proles
Natus homo est: illi æthereum Pater ipse vigorem
Indulsit, formamque adeo, floremque juventæ
Perpetuum, et nondum terrena fæce gravatum.
Ergo omni vacuum cura, amotumque periclis
Egisset vitam, et placidos feliciter annos,
Sed diris mens cæca ausis, culpæque recentes
Dejecere, ex quo sprevit mandata Jehovæ
Impius, et vetitos decerpsit ab arbore fructus.

Tum Pater omnipotens tristes accensus in iras,
Luctusque, et curam ingentem, pœnasque mina
Addidit: inde hyemes terris, et frigora duro
Stricta gelu subiere; una lethumque labosque,
Morborumoue invisa cohors, et tarda senectus
Ingruere; usque adeo primi commissa parentis
Scilicet, atque premunt ingenti crimine culpæ.
Ergo omnes vitæ duros odisse labores,
Atque animas tristi tandem sub pondere fessi
Linquere: tum vero sortem miseratus iniquam,
Ipse Pater certas artes, usumque medendi
Addidit, ingenti saltem ne funere cuncta
Intereant, desitque suis rursum incola terris.
Nec modus auxilii simplex, tanto agmine mo
Tot sese ostendunt facies; quippe omnia letho
Fœta jacent: ipsæ interdum contagia terris
Afflavere auræ, sive illis acrior æstus
Autumni, rapidique potentia solis adurat;
Seu pluvios imbres, et toto nubila cœlo
Densa ferant, nimioque gravatæ humore putre

Sæpe et trans pelagi fluctus, sejunctaque longe
Littora, pestifero infecti spiramine venti,
Semina morborum varia, et contagia secum
Dira ferunt: sic olim Ægypti advectus ab oris
Littoribus late Ægæis, atque Hellados arvis
Incubuit, sacrasque Auster vastavit Athenas.
Quinetiam et stellas alii, atque inimica nocere
Sidera, et exitium late mortalibus ægris
Spargere dixerunt, dirasque per æthera pestes.
Præsertim adversis quando pugnare videntur
Ignibus, aut coitu radios miscere maligno,
Seu mage per cœlos horrendum arsere cometæ
Sanguinei, cladisque edunt portenta futuræ.
At neque tam multi, decurso lumine vitæ,
Has propter rerum causas, et tristia fata
Intereunt, quam quos umbris damnosa libido
Præmittit, luxusque amens, et cæca voluptas,
Ante diem raptos: hinc sævo horrenda calore
Febris adest, venisque ardens illabitur æstus;

Aut angit miseros diris invisa podagra
Tormentis, gelidumque subit præcordia frigus;
Aut ægra erumpens populatur membra cruentis
Scorbutus papulis, occultoque ulcera morbo;
Omnes fœda cohors, Erebique excita tenebris.
Sed neque ego aut cunctis facies, aut nomina ver[illegible]
Expediam, usque adeo nascenti ab origine vitæ,
Mille adsunt miseris luctus, mille undique morbi —
Sed tamen et contra fas est impendere curam,
Atque artes tractare novas, si forte salutem
Reddat multa dies, et lethi proroget horam.
Ergo tibi vario indulsit medicamina dono
Natura, et mirum concessit rebus honorem.
Sæpe adeo auxilium præbet, fructumque salubrem
Arboreum genus, et frondes contundere olentes
Proderit, aut pressos miscere a cortice succos.
Quid vel odoratæ Citri flaventia poma,
Aut quæ Peruviæ vestit juga Cordilleræ
Quinquenam, aut sacris referam sudantia lignis

Balsama, vel lætis quæ fundit aromata campis
Taprobane, et Niphoua ingens, vicinæque Java
Sumatra, et Phœbo nimium subjecta Tidore?
Sæpe etiam tenui flore, aut radicibus herbæ,
Adjumenta mali surgunt, atque omnibus arvis
Sponte sua innumeræ, et faciles quærentibus adsunt:
Atqui illæ, et cura ingenti, certisque legendæ
Temporibus, primo Eoi sub lumine solis
Præsertim, aut quando auratæ jam lampade surgit
Hesperus, et segeti lentus non deficit humor.
Quinetiam lunæque dies, et sidera cœli
Servanda; hinc vires plantis atque omne venenum
Constare; hinc adeo referunt et pocula Circes,
Hinc adeo lectas valuisse in Colchide frondes.
Idcirco et saltus riguos, et amœna peragres
Prata memor; fluviis aliæ, ripaque virenti,
Stagno aliæ ulvoso gaudent, fœdaque palude.
Illic et lapathum carpas, viscoque tenaci
Symphyta, malvasque, et graviter spirantis anethi
Florem; sed neque tu fœdam aversere cicutam

Auxiliumque herbæ, et parci medicamina succi;
Namque eadem nimius misero si contigit haustu
Heu! male lethifero solvet tibi frigore vitam.

Nec vero steriles circum qua glarea colles
Deformat, non thymbræ illic, et olentia late
Centaurea adsunt, tristique absinthia succo,
Salviaque, et miris perfusa papavera somnis,
Et ruta, auxilium quo non præsentius ullum,
Æthera si quando infecit vis morbida circum,
Ora fovere ægris, pestemque arcere malignam.

Quinetiam ipsa tibi vario medicamine fœta
Tellus; multum illam ingenti effodisse labore
Proderit, atque imas subtus penetrasse latebras.
Illa tibi et chalybem durum, ferrique metalla
Sufficit; illa etiam liquidis manantia rivis
Argenta, et stibium nigrans, et pingue bitumen
Sulphuraque, et multo concoctum frigore nitrum

Hinc adeo ut tellus diversis quæque elementis
Constat, diversas itidem viresque saporemque
Accipiunt fontes: alii duroque Pyrite

Et chalybe imbuti multo, quos sæpe per agros
Aspicies rubra fœdare uligine ripas.
Multa etiam ardenti fumat tibi sulphure lympha;
Indicio est, si quæ tetros exhalet odores
Latius, et terra quamvis hyemante tepescat.
Tales ipsa tibi felix Alsatia fontes,
Et juga Pyrmonti jactant; notumque Britannis
Scarburium; neque te tacitam, Bathonia, linquam,
Fortunata nimis! sacros hic ipsa recessus
Diva Salus, sedemque colit magis omnibus unam.
Nec vero, hæc quamvis nullo cogente creata
Adsunt, non etiam multum sibi provida finxit
Mens hominum auxilii, et multa medicamina cura.
Ergo novas rebus vires, usumque salubrem
Chymicus, atque etiam varias exinde figuras
Inducit, clausaque arcte fornace coercet,
Atque modis torquet miris, atque ignibus urget.
Nimirum, ut primum subiit vis pervia flammæ,
Continuo, quæ rara magis, nulloque gravata
Pondere, terrenis cedunt a fæcibus ultro,

Atque statim in tenues abeunt dispersa vapores.
Tum vero ut fervens penitus pervicerit ignis,
Omnia quæ variis constant primordia rebus,
Sejungi magis, inque suas resoluta videbis
Semina particulas, elementaque materiai.
Hinc adeo et succos herbis, haustumque potentem
Elicies, multisque etiam liquefacta metalla
Ignibus, in cineres tandem mutarier atros
Aspicies; eademque suas iterum ipsa figuras
Accipere, atque iterum formas renovata priores.
Has adeo Natura artes, et plurima sævi
Adjumenta mali dedit, et solamina vitæ.
Nec sum animi dubius, quam sint mulcere dolorem
Hæc apta, et magnam morborum avellere partem.
Verum eheu! nulla interdum novisse juvabit
Pharmaca, nec cassa medicus spem ponet in arte;
Frustra eheu! si quem lymphato corde Phrenesis
Corripuit, frustra varii medicaminis usum
Porrigis; ille tibi vinclis, sævoque domandus
Verbere; namque atras cernes effervere in iras,

Et dirum infremere, et sævo sibi vulnere pectus
Cædere : tum vero arma amens, telumque repente
Corripit, atque instat rabidus, mortemque minatur.
Mox etiam, ut furor, et sævi violentia morbi
Cesserit, in lacrymas idem, tristesque querelas
Solvitur, et largis humectat fletibus ora.
Nimirum alternas miscens affectibus angit
Inque vices pestis varians, animumque fatigat.
Hoc adeo ingentis si turbet criminis horror
Conscius, aut spreti crucient mage pectus amores,
Aut intus furor, aut vindictæ dira cupido;
Præsertim rabidi Solem si stella Leonis
Accipit, et sicços exurit Sirius agros;
Tum vero, simul ac magna vi Luna superne
Impendet terris, subjectumque attrahit orbem,
Continuo accrescit furor, et violentior intus
Insurgit rabies: illo quoque tempore cernes
Oceanum magis adductis ad littora volvi
Æstibus, et magno misceri murmure pontum.
Quid tardas versu macies, tristemve marasmum,

Aut, referam, viridem tabes quam sæpe juventa
Carpat, et excussos populetur sæva decores?
Tum patriæ linquas fines, et dulcia noti
Arva soli, et caro rumpas a littore funem!
Hanc unam, hanc miseros jubeo sperare salutem
Jamque adeo et Phœbo terras propiore calentes
Invisas, camposque ubi multo turbidus auro
It Tagus, et raucis Lisboæ allabitur undis.
Seu mage Taurenti colles, vicinaque ponto
Massilia oblectet: forsan tibi mollior æther,
Et Zephyri lacerum pectus mulcere tepentes,
Et poterint fractas renovare in corpore vires.
Illic assidui circum indulgentia veris,
Æterni soles illic, et purior usque
Et spirat nullis infecta vaporibus aura;
Non alia Austrinos regio felicior æstus
Excipit, aut flava melius se vestit oliva.
Non illic gelidis quartana tremoribus artus
Ægra quatit, non spissa illic caligine campos
Corrupere imbres: illic levis undique creta,

Glareaque, atque jacent tenues raro ubere glebæ,
Exiguæque scatent puris e fontibus undæ.
Jamque satis — tandem extremo sub fine laborum
Vela traho; quanquam et veterum monumenta virorum,
Et possem antiquos versu celebrare magistros;
Et medicas quicunque olim felicius artes
Tractarunt: atqui illa aliis memoranda relinquo,
Nec juvat aversa ulterius lusisse Camœna.

REI NAUTICÆ INCREMENTA.

REI NAUTICÆ INCREMENTA.

DIVINOS proavorum ausus, mirandaque rerum
Inventa; æthereos tractus, patefactaque vasti
Regna maris; terras alio sub sole calentes
Vicere, jamque novo perfusum lumine mundum,
Aggredior. Tu, magne parens, rectorque profundi,
Qui varias gentes, quas disjunxisse videris,
Æquore concilias medio, et socialibus undis,
Humanum inter se miscens genus, annue cœptis;
Per maris ignoti tractus, ignota petenti
Pelittora, da facilem cursum, ventosque ferentes.

Primi homines, genus incultum, quibus ipsa benigno
Terra sinu modicas non ullo semine fruges
Apponte tulit, solos nemora inter devia montes

Palantes circum, vastis in rupibus ævum
Egerunt; patriæ contenti limite terræ,
Dum victum præberet ager, baccasque rubentes,
Et duram legerent concussa ex ilice glandem.
Scilicet, haud alio Britonum gens horrida cultu
In patriis vixere jugis, depictaque fuco
Pellibus errantes velârunt membra ferinis.
Ergo illis nondum sævi mitescere mores
Artibus ingenuis; ignotas quærere terras
Nondum animi vis impulerat; sed montibus altis
Delituere rudes, inter cava lustra ferarum,
Finibus inclusi propriis, pelagoque sonanti.
At, qua stagnantis longe gens accola Nili
Sole oriente rubet, lateque patentia rura
Dives arat, primum terris excedere visa
Barbaries, ruptisque artes fulgere tenebris.
Jam patriis, prono descendens margine ripæ,
Innatat alnus aquis, rapidoque in flumine vectus,
Vix fragilem conto moderatur navita lintrem.
Hos olim ingressus, hæc tum primordia cepit.

Nautica res; donec ratio, ac maturior usus
Tolleret antennam, velorumque adderet alas,
Ac primum timida legeret rate littoris oram
Navita, mox latis audax se crederet undis;
Donec acus, dux fida viæ, demum indice certo
Nube vel obscura latitantem ostenderet Arcton,
Et regeret cursus, totumque recluderet æquor.

En! ubi Columbo tandem novus auspice mundus
Panditur! angusto conclusus limite terræ
Æstuat indignans, aliamque exquirere certus
Hesperiam, pelago princeps dat vela patenti:
Hunc Gamæ novus urget honos, movet Indica laurus,
Reclusæque Orientis opes; juvat æquore vasto
Ignotam tentare viam, qua nulla priorum
Littoris Occidui sulcârat puppis arenas.

Salve! magne pater, cui mens invicta recessus
Ausa novos aperire orbi, qua decolor Indus
Incultis veros numeris modulatur amores,
Et fuscam insequitur nympham; studioque placendi
Donat ebur, gaudetque comis intexere plumas.

Te sequimur, penitusque extremas orbis ad oras
Provehimur pelago, qua sol immitis arenam
Torret, et effulgens radio propiore calentes
Urit agros, terramque alte proscindit hiantem.
Te duce, quam multis fervent freta vasta carinis!
Quam varii pelago incumbunt! præmit æmulus ardor
Laudis, et accendunt seros tua facta nepotes.
At Draki majora movet mens ardua: vasto
Flectere iter pelago, totumque amplectier orbem,
Et terram audaci circumlustrare carina.
Vivet honos facti, nec te, dux magne, silebit
Ulla dies, densas invicta Britannia puppes
Dum jubet ire mari, et totum sibi vindicat æquor.
Illius exemplo mox audax fertur in altum
Ansonus: victrix ignota per æquora pinus
Tendit iter velis, extremaque littora lustrat
Circuitu immenso, peregrino a limite mundi
Arreptura novas laudes, laurumque perennem.
Nulla virum cœli facies, nihil æquoris atri

Ira movet; non quæ deserta ad littora Fuëgi
Unda allisa fremit, ventis Austroque propinquo
Excita, perpetuisque immugit rauca procellis.
En! qua defesso tandem morboque fameque
Expandit nautæ Fernandis Terra virentes
Grata sinus! O! quis raptum me valle sub ima
Sistat, ubi myrto densatur sylva nigranti;
Fessus ubi vitrei procumbens fontis ad undam
Secure capiam somnos, aut lentus in umbra
Suspiciam aëria pendentes rupe capellas!
Illius adventu, jam nunc tremit Indica tellus
Insolito motu; panditque Peruvia supplex
Auratos submissa sinus; quique horridus Andis
Incola, suspiciens deflexo poplite cœlos,
Solem in vota vocat, vel multa e cæde reportat
Dona suo Marti, captoque epulatur in hoste.
Jam procul ardentis cerno fumantia Paitæ
Mœnia; congestumque argenti pondus et auri
Cauta, sed in prædam servas, Acapulca, futurani.
Tum lætæ valles Tiniani, et florea rura

Excipiunt, nulloque horti cultore nitentes:
Et mox Sinarum portus panduntur amici;
Gens antiqua, potens, multasque exculta per artes,
Dives opum variarum; at enim neque doctior ulla
Seu verbis versare dolos, seu fallere furto.
Flecte oculos, classemque suis Aquilonibus actam
Respice Byroni, et radentes aspera puppes
Saxa Patagoniæ, Chilique inamabile littus.
At vulgus stupet insuetum, pictasque carinas
Miratur tacite, ventisque tumentia vela:
Nec minus incerto tentatur corda pavore
Navita, prospiciens celsa de puppe virorum
Membra gigantea, et vultus horrenda tuentes.
Quales Ætneæ quondam de vertice rupis
Cyclopum genus omne ruit; vel quantus ab antro
Ingentes Polyphemus agens ad prata capellas,
Arduus, aëriaque regens vestigia pinu
Altior incedit: vocem cava littora circum
Ingeminant, sonituque pedum tremit excita tel
Hactenus Oceanus patuit; panduntur Eoï

Occiduique immensa maris; sed utrinque reducti
Pars extrema latet mundi, geminoque sub axe
Zona rigens. En! alter adest Columbus*, avorum
Fincere qui possit laudes, famamque tueri
Angliacam, cinctus navali tempora lauro.
Ille sub extremi porrectos cardine mundi
Australes subiit tractus, et sparsa per æquor
Littora; Pacatus tacito qua funditur alveo
Oceanus, mediumque undis complectitur orbem.
Mox ubi Taïtæ vasto jacet insula ponto
Hospita terra patet: non illis effera morum
Asperitas, sed blanda quies, atque otia cordi;
Et faciles nymphas, passim per amœna vireta
Ludentes molli gestu, cultuque decoro,
Commendat forma arte carens, et gratia simplex.
Jamque † alius dat vela Noto; Boreæque nivales
Explorare plagas audet, penitusque rigenti
Rumpere iter pelago, et terras aperire latentes.
Regius hunc favor accendit; ciet æmula virtus,

* Banks. † Phipps.

Et famæ generosa sitis: jam littore felix
Solve ratem, partis olim rediture trophæis,
Seu freta lustrabis septem subjecta trioni,
Seu medios breviore via penetrabis ad Indos.
Aspice ut albescunt peregrinis æquora velis!
Mittit opes gens quæque suas, et littora mundi
Ultima junguntur. Patriæ nunc horrida linquens
Culmina, qua sævos nemora inter densa leones
Insequitur, tingens lethali tela veneno,
Afer atrox, Britonum miratur nescius urbes,
Insolitasque hominum vestes, niveumque colorem.
Sic neque sancta deûm solis calet ara Sabæis
Thure suo; nec sola suas Campania vites
Ipsa bibit: sic aurifluis Pactolus arenis
Dat rutilas non unus opes; nec jam Indica gemma
Intactas inter latitans riget aspera rupes.
En! alio Angligenæ missi procul orbe coloni
Regna tenent; nova longinquis se terra Britannûm
Tollit agris, latoque extenditur undique tractu,
Qua riget Hudsoni glacie sinus; et lavat arva

Plenior, effusoque Atlantica in æquora cursu
Volvitur, immensumque vomit Laurentius amnem,
Usque per expansos stagnanti gurgite fluctus
Ontarii, vastamque Erien; quaque impete fertur
Præcipiti, raucoque cadens de montibus altis
Murmure, dat sonitum pelago Niagara ruenti.

Vos, olim illustres animæ! quibus acta per undas
Pinus ad extremam pervenit Phasidis oram,
Cernite, quæ tandem rerum nova surgit imago;
Cernite, et Angligenis meritas concedite laurus;
Vestra licet tantis Argo defuncta periclis
Fulgeat æthereo sacer additus ignis Olympo.

Salve! sancta parens, heroum maxima nutrix!
Circum omnis tibi terra patet, tibi frugibus omnis
Ridet ager: te Turca tremit, te Gallicus hostis,
Hispanusque ferox; iterum licet induat arma,
Et Classem Invictam, fabricataque vincla minetur.

At vos, O! Britones, proavorum exempla secuti,
(Si qua movent memores tantarum exordia rerum;
Si quid amor patriæ, Magni si jussa Geörgi,

Qui* præsens animat, stimulosque volentibus addit;)
Pergite: sic ventura novas nova sæcula laurus
Usque ferent; sic crescet honos, quæsitaque factis
Gloria per seros ibit cumulata nepotes.

* Eo tempore Rex Classem Britannicam, Portsmuthiæ, lustrabat.

ALFREDUS.

ISIS ubi lambit fœcundo flumine lucos
Pieridum fortunatos, dilectaque Phœbo
Atria, et exstructas sinuoso in margine turres;
Hic deserta olim, nulloque nitentia cultu,
Prata, udosque agros, limosa obduxit arundo;
Vixque inter steriles juncos, ulvamque palustrem,
Lentis obscuræ serpebant flexibus undæ.
Huc forte Alfredus gressum tulit, arvaque circum
Miratus, glebam irriguam et viridantia Tempe,
Tempe quæ sylvæ cingunt superimpendentes,
" Hic," inquit, " profugæ secreto in littore Musæ
Optatam inveniant sedem, gratoque fruantur
Hospitio, et tacita securæ in valle quiescant;
Nec locus ullus erit quo se plus jactet Apollo."

Pascua continuo micuere per avia turres;
Ipsa Isis vitreis nitidum caput extulit undis,
Suspiciensque novas arces, insuetaque templa,
Venturos læta præsumit mente triumphos,
Culminaque artificem Wrenni referentia dextram.
Nec tamen infausto posuisti has omine sedes,
Sancte Pater; nec spes animum frustrata fefellit!
Cernis, ut attollunt vivaces vertice lauros
Egregii vates, et Phœbo digna locuti,
Quique omnes sophiæ nôrunt decerpere flores.
Ipse agmen, cunctis sublimior, ordine longo
Chaucerus ducit; prisco dum pectine cantat
Cristatas turmas, equitesque hastilibus aptos,
Sive levis pangit fabellas rite facetas,
Angliacumque aperit felici carmine Pindum.
Quis procul ille * autem, solus qui in valle reduc
Lentior incedit, defigens lumina terræ?
Hic animæ latebras princeps patefecit opertas,
Unde illa innumeros motus, ratione magistra,

* Locke.

Induat, unde ortu dubio primum insita menti
Cognitio explicuit vires, tenebrisque refusis
Clara per obscurum prætendit lumina callem.
Hunc olim Rhedycina canet, quotiesque recenset
Grata suos, celebresque memor per sæcula cives,
Insignem ante alios felix memorabit alumnum.
Nec te, Castalidum proles * lectissima, plectro
Musa ingrata silet, cui fontes ipsa reclusit
Integros Pallas, facilisque indulsit Apollo,
Musæoque dedit contingere dicta lepore.
At neque dilectis solum penetralia Musis
Condidit Alfredus, soli sua limina Phœbo;
Jura etiam, sapiens et servantissimus æqui,
Edocuit, quaque est stabilis res publica norma:
Quin artes, fautore illo, subiere repente
Ignotæ; tum nauta vagus dare vela patenti
Ausus erat pelago, atque alienas quærere terras;
Contemnensque æquor tumidum victricia classis
Arma tulit late, Danis dominata fugatis.

* Addison.

Et patrium advexit peregrina in regna Draco
Quinetiam artifices externa è gente profecti
Illius accitu coëunt; pars mœnibus urbes
Cingere, solertique manu superaddere formas
Spirantes, vivosque excudunt marmore vultus;
Dum calamo interea varioque colore figuras
Mentitur veras, et ludit arundine pictor.
Nec minus in bello virtus insigniit hosti
Parcentem victo, debellantemque ferocem:
Nam neque ventoso tulit hunc in prœlia curru
Ambitio, neque regnandi tam dira cupido
Impulit infando vicina lacessere regna
Marte; sed infidi cum fœdus rumpere Dani
Auderent, nutu novit componere bellum,
Et conjuratis potuit dare jura tyrannis.
O! quis me ducet qua Faringdonia clivo
Assurgit viridi, sublimi a vertice montis
Lætus ubi intentos pascens per singula visus
Explorare humiles campos, subjectaque possit
Mœnia, et eductas non nullo numine turres!

Hic ulmos inter patulas caput erigit alma
Alfredi nutrix Wantagia, sæpe sub umbra
Hac puer, agresti meditatus arundine musam;
Sæpe hanc ad lympham, subductæ in margine ripæ,
Parvulus incerto se lusu exercuit heros.
Colle ex adverso candenti e rupe minacem
Surgere equum, rudibusque notis expressa videbis
Tendere terga solo, longoque albescere tractu.
Hic olim stravit duro certamine Danos
Alfredus, postquam defessa Britannia longo
Servitio, imperiumque pati plagasque superbi
Victoris nollet, rursusque reposceret arma.
Hinc procul apparet felix Rhedycina, remotis
Viciis, media riguæ convallis in umbra;
Quæque acie possunt oculi servare domorum
Tecta; et cæruleis occultas nubibus ædes;
Has inter veneranda, immanique ardua mole,
Declivii stat pulchra domus, medioque superbit
Templa situ, qualis Vaticani inclyta sedes
Aggitur cælo, aut Capitoli immobile saxum

Subjectam late prospexit desuper urbem.
At prope moliri cernas nova culmina, eodem
Radclivio fundante, viden', jam turris aperto
Emicat aspectu, propriùmque affectat Olympum.
Et mox tempus erit, cum certa lege planetas
Errantes, magni attentos ad jussa Parentis,
Newtoni explorent alii, qui fœdera noscant
Naturæ, arcanasque vias, ut menstrua luna
Accendit sub nocte facem, radiisque relucet
Oppositis, medio dum sol immotus in axe
Igne indefesso fulget, cinctusque ministris
Ipse regit seriem, et volventes ordinat annos.
Musarum augustæ sedes, sacrataque tecta
Quæ cœlo æquavit pietas, et opima priorum
Munera condecorant, salvete!—ut perculit ardor
Cor mihi, dum recolo prisci monumenta laboris,
Et decus antiquum, et tantæ primordia famæ!
Tuque! o sancta domus! longaque ætate verenda,
Cujus in hospitium, qua primum sede receptæ,
Alfredo monstrante, choros duxere Camœnæ,

.nte alias, salve! celebrat dum musa patronum
'ommunem, veterique refert hæc vota parenti;
lterea tu firma diu, longosque per annos
es immota, novo surgentes vertice turres
nspiciens, sociosque lares circum undique cultu
gnifico, qualis patrii per limen Olympi
:hitur regina deûm, turritaque tollit
ıpora, et innumeros complectitur una nepotes.

ET NUNC OMNIS AGER, &c.

ET NUNC OMNIS AGER, NUNC OMNIS PARTURIT ARBOS,
NUNC FRONDENT SYLVÆ, NUNC FORMOSISSIMUS ANNUS.

QUID foveat varias gremio quot dædala tellus
Mittit opes; teneros quid fœtus nutriat, almi
Primitias anni, et fragrantia munera florum,
Musa canas: tu quæ sylvarum habitare recessus
Lætaris, cultosque inter spatiarier hortos,
Ruris amans, tenuem nec dedignaris avenam.
Hybernos postquam sol dispulit aureus imbres,
Constrictumque gelu, brumæque inamabile frigus
Molliit, et vultu aspexit fœcunda tepenti
Semina plantarum, et radiis penetravit amicis;
Continuo vegetum reficit natura vigorem,
Torpida adhuc; sensim infantes vis vivida fœtus
Percurrit, donec blando nutrita calore
Germina se trudunt, frondesque et brachia cœlo

Protendunt: viden' ut lætis nova gratia campis
Emicat, ut roseo ver ore redintegrat annum?
Illius adventu jam nunc uberrima tellus
Floribus induitur variis, dulcesque recludit
Prodiga thesauros: centum diffundit odores
Omnis ager; redolent sylvæ; nec suavius halant
Felices Arabum valles, cum pervolat Eurus
Thuris odoratas segetes, hortosque Sabæos,
Undique fragranti permulcens flamine cœlos.
Vos lætæ salvete vices, solesque benigni!
Ver salve placidum ridens! te voce receptum
Rite salutamus, dignoque sacramus honore.
Te veniente, procul morbi fugere maligni,
Et dolor, et tristes curæ; tibi læta juventus,
Et roseo ore salus subnectit munera florum:
Divis orta salus! sine qua mortalibus ægra
Lux sordet miseris, vitamque fovemus inanem.
Interea, properans opera interrupta colonus
Suscipit, et solitos, bruma fugiente, labores
Instaurat, duroque boves submittit aratro.

Aut sulco, messis magna incrementa futuræ,
Semina dat, largum spargens, atque invocat imbres
Irriguos, Cererique offert nova poc'la secundæ.
At qua diductæ dant pascua roscida valles
Uberius, qua prata secat sinuamine rivus,
Pastor oves gravidas ducit, lusuque vacantes
Pervigili cura fovet agnos, optima prati
Pabula decerpens; aut sero yespere septis
Includit, vernoque gregem defendit ab imbre.
Nec vero, nitidos flores, hortosque tueri,
Ultima ruricolis cura est; quam pulchra renatis
Gratia fit plantis, simul ac sensere calorem
Solis; ut alternos variat sine limite tinctus
Versicolor tellus! vos o! descendite in hortos
Læti imbres, et dona effundite roscida cœli,
Largius: at venti! tempestatesque frementes!
Maturate fugam, qua tristis Zembla laborat
Frigore perpetuo, qua pallidus incola plorat
Obductas cœlo tenebras, solemque remotum.
Ecce autem, quali studio, quantoque labore,

Rus fervet, qualem tellus fœcunda decorem
Induit: o! detur mihi summo insistere clivo,
Vinsorios inter saltus et amœna vireta,
Qua nullo cultore ferax Natura benigno
Luxuriat vultu, qua mollior aura tepescit
Solibus, et placidi circum indulgentia veris
Ridet! ibi vario sparsi discrimine campi
Ostendunt suaves hortos, et florea rura,
Et casulas humiles, et tecta educta secundis
Auspiciis; nec longe ingenti volvitur alveo
Undarum genitor Thamesis, ripasque feraces
Alluit; armentis densantur pascua circum,
Thessaliæque nitent valles, atque altera Tempe.
Jamque dato menses succedunt ordine, terris
Jam propior rutilum sol igneus admovet axem:
Lenius aspirant auræ, et liquidissima cœlos
Mulcet temperies: illo sub tempore fervens
Gliscit amor, quo non aliud violentius ullum;
Ni frœnis subeat, mortalia pectora diris
Accendit stimulis, et vulnere torquet acerbo.

At quorum vivit sub pectore lenior æstus,
Illis dia quies animorum, et nescia curæ
Somnia; quin ægro solamina præbet amanti
Spes alma, et puros pascendo suscitat ignes.
Nec minus interea volucrum genus atque ferarum,
Idem accendit amor; molles ingressa medullas
Flamma furit, fœtæque tumescunt sanguine venæ.
Tum sylvas inter, cum cana crepuscula sensim
Subrepunt terris, mulcet Philomela colonum,
Cantus dedocens querulos, comitemque vagantem
Invitat lectis dapibus, nidoque parato.
Tales delicias tecum, Ver! talia ducis
Gaudia: sed frontem quæ nubes atra serenum
Obtegit? En diri sonitum increbescere belli,
Ferrendumque armis Atlantica fervere cerno
Littora! segnis adhuc, brumæ dum sæviit horror,
Nunc iterum instructis graditur bellator in armis
Exterior, hortaturque acies, telumque recudit.
Nam primum, trepidus properantem conspicit hostem

Agricola incursu sævo, captosque labores
Deserit infelix, patriamque, et dulcia tecti
Limina; nil prodest duro sub vomere sulcos
Invertisse graves, nil longa tulisse laborum
Tædia; at invadit ferro flaventia culta
Miles prædæ avidus, furibundoque impete sternit
Maturas segetes, et non sua rura capessit.

At vobis, Britones! queis sors faustissima rerum
Arridet, vobis placidæ reverentia pacis
Servetur; vestris fugiat discordia ab oris
Incultas visura plagas, et inhospita longe
Littora: mite solum vobis, cœlique serena
Temperies, grataque redux vice volvitur annus:
Quin jucunda situ regio mitescit aprico
Æthere, nec tellus languescit frigore pressa
Brumali nimium, nec sole perusta calenti.

Non tales rident anni, qua tristior horret
Terra polis vicina, diem qua mœsta tenebris
Condit hyems, Boreasque fremens frigentibus alis
Collectas densat nubes, glaciemque rigentem.

Indigenæ miseri! vix tenuia munera vobis
Ver breve suppeditat, subito cum sæva furore
Bruma redit, torpetque assueto frigore tellus.
India nec tales campos, nec amabile cœlum
Ostentat, quamvis Phœbo torrente calescit
Longa dies: ecce! ut tellus siccata dehiscit,
Ut sitis urit agros, lateque arentia rura!
Sæpe etiam morbos infectæ pestibus auræ
Mille graves spirant, sæpe igneus agmine vasto
Turbo furit, subitamque trahit per culta ruinam.
Ter felix Britonum tellus salveto, beata
Ante alias regio! tibi contigit omne quod annus
Alternis profert vicibus; tibi Copia fudit
Munera, quæ nec terra Italûm, neque Gallica jactant
Arva, licet tepidam cursu properante reducat
Sol hyemem, adspirentque australi a littore venti.
Hæc loca, posthabitis aliis, coluere Camœnæ,
Has optaverunt sedes; hic lætus amavit
Secessus dulces, propriosque sacravit Apollo.

Nec vobis, Musæ! vallis jucundior ulla
Prælucet, quam qua fœcundo flumine amœ
Irrigat Isis agros, centum de margine templ
Suspiciens, faustoque exstructas omine turr

PETRUS MAGNUS.

PETRUS MAGNUS.

UM tibi, Russiacûm primus qui attollere nomen,
mus qui patriæ potuisti ingentia fata
scepisse animo, et primordia ponere regni;
m tibi, Magne Parens, pietate accensa fideli
é* triumphales instaurat Russia pompas;
e etiam Britonum longinquis hospes ab oris
ılia cunque licet, magno perculsus amore
ra feram, et sacra cingam tibi tempora lauru.
Auspice te, late Arctoas sibi Russia gentes
jecit sceptro, atque altam super æthera tollit
perii molem majestatemque perennem,
lo opibusque potens. Utcunque aut acrior armis

* Statuam nimirum summa cum solemnitate nuper Petrurgi ab Imperatrice Catharina Petro dicatam.

Omnia tentâris vasto, Frederice, tumultu
Miscere, et turbare odiis; aut Austria contra
Surgentis regni, tantarumque invida rerum
Adversos varia molita est arte labores;
Illa obluctantem tamen, incassumque frementem
Contudit, et justa devinxit pace Polonum;
Illa etiam extremas Ægei ad littoris oras,
Ausa ingens facinus, Byzantî mœnia propter,
Hellespontiacum constravit classibus æquor,
Et solium, Mahumeda, tibi tremefecit avitum!
Nec vero tantis quanquam decorata triumphis,
Non tamen ipsa lubens Petro Catharina fatetur
Omnia deberi. Neque enim non omnia primus,
Maxime Alexiada! rerum incrementa dedisti;
Ergo etiam merito jam nunc in vota vocaris
Grande decus patriæ, sæclisque recentibus audis
Imperii pater, atque ævi melioris origo.
Nimirum hic olim per centum immania regna
Horrida barbaries tristes offuderat umbras.
Vixere effrænes populi, nullisque domandi

Legibus.—Ergo alii vasta in deserta locorum
Cum castris armenta sequi, cursuque vaganti
Tranare ingenti porrectos limite campos;
Nec jam triticeas scibant sibi condere messes,
Nec læti nôrant felicia dona Lyæi,
Agresti victa nutriti et lacte ferino:
Atqui alii studio sævi fera mœnera belli
Perpetuo tractare, et durum vi colere ævum.
Qualis nunc etiam Sinensibus accola terris
Præcipites glomerat turmas Scytha, et agmine facto,
Ante expectatum cursu se effundit anhelo,
Et late pavidos fines circumstrepit armis.
Qualis et ipse olim Maracandæ mœnia linquens
Temirus, Eöo horrendum grassatus in orbe,
Antiquas Indorum arces, felicia regna,
Vastavit, sacrumque infecit sanguine Gangem.
Ipsa etiam imperii quanquam sibi regia formam
Moscua jactabat; quamvis et splendida luxu
Altam ostentabat turritis mœnibus arcem;
Quanquam et nonnullo saltem sub fœdere legum

Conjunctos lata populos ditione tenebat;
Illa tamen vano splendebat barbara fastu.
Undique res miseræ circum, atque imbelle jacebat
Imperium, et propria nimium sub mole gravatum.
Nequicquam magnis ingressus Alexius ausis
In melius vitæ normam revocare jacentis
Tentârat, cultuque animos mollire feroces;
Nequicquam audaci Carambucis ostia cursu
Appulerant Britones; stabant ad littora gentes,
Miratæ missas externa per æquora classes,
Miratæ varias merces; necdum æmula virtus
Mentem accendebat vastos conscendere fluctus,
Aut artes tentare pares; sed mersa tenebris
Et victa ignavo torpebant sæcla veterno.
At neque Hyperboreas adverso numine terras
Æternum premere, et nebulis obvolvere cæcis
Fas visum est Superis. Tandem magno sudin fata
Assurgunt alia. Immisso lux clara diei
Paullatim radiis tardam disrumpere noctem.

Incipit, ætheriumque ostendere gentibus ortum,
Inclytus atque auctor venientis nascitur ævi.
Ille arces primus patrias, et inania sceptra,
Abditaque in mediis regum cunabula terris
Deseruisse ausus, jam tum sibi mente capaci
Providus æternæ posuit fundamina famæ.
Jamque ergo Codani descendens primus ad oras
Æquoris, ingentem fugiens qua Neva Ladogam,
Vorticibus rapidis se immiscet turbida ponto,
Littore in extremo, et super altæ stagna paludis,
Jam sedes fundare novas, arcemque locare,
Jussit, et immensas murorum attollere moles.
Ergo assurgentem, et proprio de nomine dictam,
Non ille auguriis falsis aut omine lævo,
Tutaturque, fovetque urbem; jam tum omnia fausta,
Venturosque olim certo præsagit honores.
Nec longum, et visæ deserto in littore classes
Insolitam rerum faciem, et nova pandere fata:
Jamque effossa altos inter navalia portus
Fervent arte nova; juvat indulgere labori

Et properare manu; secta juvat abiete costas
Struxisse, et pandas ratibus posuisse carinas.
Ergo etiam in mediis validum quatit ipse bipennem
Hortaturque; etenim duros non ille labores
Olim, nec rigidi dudum aversatus obire
Munera servitii; tantum magnæ insita menti
Virtus, et potuit multæ spes æmula famæ!
Ergo nec erubuit, posito diademate, vulgo
Addere se comitem; proprioque edoctus ab usu
Vidit, et attento penitus sub pectore fixit,
Aut humiles quicquid Batavus Flevonis ad undas
Molitur patiens operum; aut quas maxima rerum
Dum pelagi imperium felicibus asserit armis,
Ostentat late victrices Anglia classes:
Sive tui, Thamesine Pater! prope fluminis oras,
Sive Vagæ ad ripas, aut qua Dumnonia largas
Volvit aquas Tamara, aut saxoso littore Vectis
Porrecta ingentem claudit magno obice portum.
Tum vero mira circum immutarier arte
Undique terrarum facies, varioque laborum

tudio. Cernas quæ ignota jacebant
, et nullis hominum bene cognita curis,
ro cultu et larga ditescere fruge;
ue solo montes, et flumina cursus
e novos, patulis jam parcere campis
et fluctus tandem lenire tumentes,
u frenata acri et torrentibus undis
moles tolerare et strata viarum.
m immissa extremis commercia terris
patuere, et læto Copia cornu
o sese populis mirantibus offert.
am sanguineas lauros victriciaque arma,
ram quoties utroque ex littore mundi
m spoliis gravidum, insignemque trophæis
t regem, in meritos effusa triumphos,
seu torrentem ultra spatiatus Araxem,
ersarum fines et Caspia regna
bello; aut longinquum sævus ad Istrum
acres odiis, et multa minantes
t Turcas, et justo limite clausit,

Quid referam quoties Codani glacialis ad oras,
Instruxit rostratam aciem, Suecosque feroces
Contudit; aut qualis Pultauæ ad mœnia, demum
Casibus, et longo duri certamine belli
Edoctus, tandem lapsis succurrere rebus,
Et potuit patriæ sortem renovare jacentis.
Illa dies primum mutato numine vidit
Suecorum fractas adverso Marte phalangas,
Et Carolum, elatumque animis, nimiumque tumentem,
Terga dare. Ille adeo sortem indignatus acerbam
Trans Danaprim in sylvas, atque in deserta ferarum,
Reliquias secum miseras servavit; et orbe
Exul ab Arctoö, solioque extorris avito,
Achmetæ fastus supplex, et jura superba
Pertulit, hospitio vix demum exceptus iniquo.
Jamque adeo positis cœpit mitescere bellis
Russia; jam senior placida sub pace quiescens
Imperii fines princeps, et dissita regna

Lustrabatque oculis, caroque fovebat amore.
Jura dabat legesque viris; vultuque paterno
Rite recognoscens numerat longo ordine gentes,
Quos Tyran inter, magnique Borysthenis undas,
Late dives alit populos denso ubere gleba;
Qui gelidum Tanain, vel qui Mœotidos undæ
Stagna colunt, vel qui septem super ostia Volgæ
Astracani campos, secretum et littus Iembæ.
Inosque etiam Arctoö mundi porrecta sub axe
Arva tenent rigidis alte concreta pruinis;
Ve ubi Zemblinco properans se immittere ponto
Iaca * ostentat regum monumenta priorum,
Itiquasque arces, et vasta mole columnas;
A qua Sibericos violento flumine fines
Audit Jenissa; aut longo quæ maxima cursu
Alvit aquas Lena, et pelago premit arva sonanti;
Qui longinquæ prope littora Kamschadalæ,

* Cujus ad ripas spectantur, ut fama est, urbium ruinæ, um Tartarorum tumuli, et columnæ a Schinguis Cham tructæ.

Squalenti informes habitu cultuque ferino
Eöo extremas habitant sub limite terras;
Scilicet hic, si vera fides, sese obvia contra
Porrigit exiguo disjuncta America ponto.
Hæ tibi, Alexiada! laudes;—hæc omnia
Eruere obscura potuisti condita nocte,
Solus et ad summum potuisti educere culmen
At neque ego meritis sperem tibi munera lau
Digna dare;—hæc humili tantum lusisse Can
Et juvat, et sacræ accendit spes fervida fame
Illa tibi, quales decet, instaurabit honores,
Illa tui jam nunc solii columenque decusque,
Illa pari gressu jam nunc et viribus æquis,
Virtutes, Catharina! tuas laudesque secuta.

IMPELLITQUE RATES UBI DUXIT
ARATRA COLONUS.

IMPELLITQUE RATES UBI DUXIT ARATRA COLONUS.

ARTIS opus nostrum, nec adhuc vulgata per orbem
Æmula naturæ conamina, qualia nunquam
Viderat Ausonios regnatrix Roma per agros,
Musa canas; tu nam tacito sub vespere mistos
Aure bibis strepitus, et pascua læta pererrans
Sæpe novo celeres miraris in amne carinas.
Jactet in objecti sævisse cacumina montis
Indomitus Xerxes, imæque in viscera terræ
Perfodisse viam ferro, fluctusque sonantes
Æquoris insolitum vi deduxisse per alveum.
Pulchrior hic labor est, quem non belli ira ferocis
Possit, at arridens vultu pax alma sereno,
Angligenumque salus, et publica commoda rerum.
Ea! ubi fœcundus tacito delabitur amne
Undarum Pater, et salices convalle sub ima

Thamesis irrigue lambit, quæ quantaque rerum
Apparet facies! quam splendida surgit imago!
Hinc atque hinc pictis albentia marmora velis
Sole ex opposito lucent, gravidæque carinæ
Vix tangunt portus, mercesque in littore sternunt
Congestas alte, quas frugum prodiga tellus
Sponte sua, tibi, de gremio Britannia fundit.
Ad te, magne pater! vasti gens ultima mundi
Lautas mittit opes, qua Ganges æstuat auro
Turbidus, et fulvam exsudat Pactolus arenam.
Qualis ubi lento devolvit flumine Nilus,
Indorum, aut Arabum gazas, vel ab orbe remoto
Divitias portat varias tibi, regia Memphis!
Urbs antiqua, potens opibus! stupet incola saxi
Culmine despiciens radentes littora puppes;
Quam densæ fluvio incumbunt! ut vela patenti
Laxa sinu Zephyrosque vocant, fluctusque ferentes!
Tales terra parens, rerum natura creatrix,
Fundit opes tibi larga manu; pelagique per æquor
Extremi tibi cuncta patent: sed quid vetat artis

Tentare auxilium, et longo perfecta labore
Usque sequi studia, et crescentem extendere famam?
Jam non Oceanus solum fluitantia ventis
Signa videt Britonum, lateque allabier oris
Miratur densas peregrino a littore puppes;
Quinetiam ausa novis se dudum attollere regnis
Nautica res, ventisque aliis committere vela.
Aspice qua fruges nuper ditissima tellus
Effudit gremio, et flava redimita corona
Alma Ceres circum florentes nutriit agros:
Jam nauta impellit lintres, et remige tuto
Lenta per expansum descendit cymba canalem.
Hic neque vortieibus sævis prærupta minantur
Saxa mari in medio; non atra in nocte procella
Ingruit, aut tenebris horrescunt æquora circum:
At passim veneres naturæ dædalus ordo
Submittit varias, dextra lævaque corusca
Sylva viret, lætique greges per prata vagantur;
Flaventesque agri rident, campisque remotis
Vix tollunt tenues dispersa mapalia fumos.

Sæpe etiam tacite puppim mirantur euntem
Nocturnæ Faunorum acies, Lemurumque catervæ
Remorum captant sonitus, crepitantiaque Austri
Carbasa, et ignaros accendunt omine nautas.
Ultima jam tellus sociali fœdere juncta
Mutat opes, nec terra obstat, nec longa viarum
Tædia iter prohibent; optata ad littora fructus
Fida vehit ratis, et tuta deponit arena.

Quin lætos huc flecte oculos, qua despicit æquor
Allisum lateri, fluctusque immane frementes
Urbs Britonum, regina orbis! quanto agmine ad-
vent
Littora! ut innumeris spumant fœta versa carinis!
Ipse novas stupet amnis aquas, urnamque superbi
Cæruleam attollens, spe dulci pectora firmat.
Ad ripam confusa manus miratur acervos,
Thesauroseque novos inhiat, lætumque salutat
Augurium reditus venientis computat anni.

Tales Phœniciis non olim extructa colonis
Vidit opes antiqua Tyrus, licet æquora vasta

Huic primum inveherent merces, non Roma triumphos
Regules jactans, et multa e cæde trophæa.
Salve magna parens! tibi sic commercia puppes
Larga vehant, effundat opes tibi subditus orbis!
Nec belli gravis ira frenat, nec victor in arces
Prostratas olim insultans fremat ense minaci!
Quin victi late mundi regina superbis
Tam lætis felix opibus, quam Marte superba!
Ipsa licet pleno diffusos amne canales
Gallia miretur, quoties secura phaselus
Contemnit ventique moras, fluvioque patenti
Devecta exonerat peregrina mercæ Garumnam;
Aut Sina inductis jactet sua pascua rivis
Impleri, stagna alta colens, atque humida regna;
At datur Angligenis, qui tantas vincere laudes
Aggreditur, similemque movet felicior artem;
Gentis grande decus! cui mens experta laborum
Ausa per arcanos terræ penetrare recessus,
Venturisque novas aperire nepotibus undas.

En! vasti moles operis præcelsa superbos
Vi magna sese attollens consurgit in arcus,
Suspensæque undæ grandi sub fornice spumas
Stabit honos per sæcla ausis! tibi munera su
Mercator pretiosa feret; tibi rector aquarum
Evolvet plenos latices! non invidus Auster
Promissi auxilii ventis spirabit amicis!
Nympharumque cohors facilis, lætæque cane
Naïades texent tibi rubra corallia conchis,
Ipsa tenens dextra maturos tollit honores
Copia fœcundum cornu, collectaque dona,
Pacatasque undas fausto supereminet ore.

Tuque etiam, decus Oxonii! nova flumina
Ire per insuetos tractus, et divite fluctu
Fundere opes tibi, læta Isis! fors fœdere ta
Juncta novo mixtas volves socialiter undas,
Et classes portum insolitas intrare videbis,
Atque hilarem viridi in ripa glomerare juver
Jam quantas cerno longinqua ex urbe per se
Adventare rates, quas mox devolvet in alveo

ıla tibi exaucto gazas! urnamque trophæis
signem ostendens, ipso fœcundior olim
sso patrias præterlabetur Athenas.
ilicet et tempus veniet, cum classis amicos
ritans flatus, perstringet littora velis
pansis, tristesque agros, ubi, Carole! quondam
tructæ tibi magnæ acies fulsere sub armis,
sciaque indigno sudavit sanguine tellus.
ı clades secum reputans, funestaque bella,
ita lentus agit remos; oculosque retorquens
ue avidos, meminit felicia sæcla Geörgi,
a læto tacitum pertentant gaudia pectus.
ec te magnanimûm heroûm Caledonia nutrix
a oblita silet, quam laudis vera cupido
itat, et patriæ accendit pia cura salutis:
os, si veteris quid tangat gloria famæ,
nti spes fausta operis, tam fortibus ausis
ıe alacres adhibete animos, studiisque favete,
ec venturo mox surgat tempore factis
r honos, terrisque olim disjunctus iniquis

Oceanus coëat, sociasque immisceat undas!
Jam nova per siccas labuntur flumina valles,
Et tibi, Clyda! optant lætos adjungere fluctus.
Aspice quæ tandem surgunt spectacula rerum!
Quam variæ nascuntur aquæ! monumentaque rar
Quanta micant operis! quæ non Hollandia novit
Faustis cincta undis; licet huic natura feraces
Plenior indulsit latices, fluviosque scatentes,
Et late effuso circumdatur æquore campus.
Jam sociatæ urbes coëunt, atque ultima regni
Littora junguntur: qua nuper rusticus agros
Squalentes rastro evertit, sterilemque paludem,
Hic plenas stupet ire rates, incultaque quondam
Terra situ bibit immissas felicior undas.
Sic non ulla sibi regio distincta remotis
Arva colit spatiis, aut condens semina sulcis
Fœcundas nutrit segetes; fert omnia tellus
Omnis, et extremos implent commercia portus.
O! una ante alias Britonum lætissima tellus!
Si non umbriferos montes vineta coronant

Aurea, nec foliis densatur myrtea sylva;
At secura quies, tempestatesque serenæ
Non absunt, vernant facili tibi pascua cœlo,
Et valles resonant crebris mugitibus imæ:
At procera viget patriis in montibus ilex,
Venturum auxilium nautis, quæ mole per undas
Turrita innabit medias, vexillaque fausta
Ad soles alios vehet invictamque juventam.
Cernis ut Oceanus tibi circum brachia tendit,
Invitatque rates; ignotas quærere terras
Columbi tentant alii, proavûmque secuti
Auspicia, et memori repetentes pectore famam,
Impune adjungunt patriis nova littora regnis.
Sed quianam externas late vagor exul in oras?
En! majora domi restant, et gratia rerum
Lætior effulget: vos o! salvete laborum
Fautores, sic nunquam audaces proruat ausus
Martis sæva manus, Britonum gens floreat armis
Intacta, et gratas pandens pax aurea pennas
Usque tegat, ferrumque virenti condat oliva!

VIS ELECTRICA.

VIS ELECTRICA.

Cynthia, vel rapido vastum per inane volatu,
Haud ipsi incerta palantes lege cometæ.
Ille novas artes nobis, et commoda vitæ
Indulsit primus, veterum dum obscura reperta
Rettulit in melius, claraque in luce locavit.
Auspice non alio, demum conamine sero,
Dum varias formas, et inertia corpora rerum,
Lustrabant homines, terram sensere per omnem,
Perque maris tractus, cœlique immania regna,
Subtilem fluitare ignem, penitusque per orbem
Misceri, et moles se in cunctas insinuare:
Nimirum has olim adductus petit impete recto,
Has sibi conquirit sedes, gaudetque potitus:
Usque adeo rebus vires bene provida certas
Distribuit Natura parens, ut debita possint
Conficere officia, et sortito munere fungi.
Ergo ille intus agens per crebra foramina rerum,
Diditur omnigenûm penetrabilis, et sibi constans,
Exerceturque illic tacitas circum undique vires.
Scilicet ex parvis ortum trahit ille vigorem

'articulis, nulla quæ constant compede vinctæ:
'erum alia usque aliam pellit, refugitque vicissim
)iuiliens, neque natura coalescere possunt.
)uocirca, simul ac rerum fors cæca, laborve
'orpora, quæ flammæ fuerint vi prædita tali,
'onterat, aut acri nonnulla calore ciendo
'rocet obductas vires, latitantiaque ignis
'emina; tum demum motu vis acta potenti
rrequieta furit, cæcisque educta latebris
)eserit assuetas sedes, sævitque recedens.
'ec tamen interea fertur diffusa per auras
'ecquiequam, liquidove innoxia in æthere ludit;
t sibi cognatamque domum, notumque requirit
ospitium, properatque novæ se adjungere moli;
audquaquam tacite migrans, quin ordine longo
instillare ignem; tetrosque halare vapores
lphuris, atque ictu sonitum quatere æthera crebro.
t neque sic moles cunctas vis excita flammæ
ansire, aut potis est quævis intrare latebras;
ulta adeo prohibent, ipso hoc conferta vigore,

Ad se vi ingenti tellus adauxerit ignis
Justa parte carens; celeri tunc illa volatu
Continuo huc fertur; tum nubes undique cogens
Allicit, et picea cœlum caligine obumbrans,
Subjectas tandem ingenti ferit impete terras,
Terrificosque iterat sonitus, et murmura miscet.
Fulminis hinc strepitus lato nigrantia tracta
Nubila disrumpunt; torto hinc cœlum igne coruscat;
Fulguraque ad terram flammea dilapsa minaci,
Humanas pavida exagitant formidine gentes.
Verum ubi vis major sævit, nec fulminis ictu
Sufficet, ad terram ut possit sese ipsa referre;
Continuo graviora movet, jamque æthere aperto
Grassatur, torto circum omnia vortice miscens.
Æstuat interea, subtus ferventibus undis,
Assurgens pelagus; tenuique per æra lapsu
Erigitur summo Oceani de vertice fumus;
Tum depressa sonant per rauca murmura fluctus;
Quinetiam supero demissæ ex æthere nubes
In mare prorumpunt vicinio turbine actæ.

:u! male tum nauta audaci secat æquora prora!
in cursu in medio, aut ipso sub limine portus,
pe illum subito tempestas corripit æstu
super incumbens, et spes intercipit omnes.
Nec minus interea per terras funere tristi
eadem sævit, stragesque infundit acerbas.
pe hanc, qua longum audaci exoptata Columbo
ma tulit tellus requiem, finemque laborum;
ve hanc, per crebro freta consita littore, pes-
tem
ruere, et late indoluit sævire colonus.
c una ingentes scopulos, et saxa, domosque
ruit; hæc longo porrectæ littore messis
m lætam evertens, per divitis æquora campi
rnit humi cuncta, immani dejecta ruina.
læpe etiam hoc ipso flammæ perculsa vigore
ra per ingentes raptim tremit excita tractus;
n super impositæ mutant de vertice rupes;
me adeo subito tellus quatit omnia motu,
libus ex imis penitus concussa, vacillatque

Infandum, et diro late se pandit hiatu,
Terrificos ruptis eructans faucibus ignes.
Hac olim, ut perhibent, Ægæ cecidere ruinæ;
Hac Helice; talem obstupuit Solymæa propago,
Impius ut frustra infausto tandem omine princeps
Conderet aversi disjectam numinis ædem.
Sic etiam illa, alium imperio porrecta sub axem,
Illa opibusque potens, fastuque elata superbo,
Lisboa ad terram misere prostrata jacebat.
Nec vero ille ægris semper mortalibus instans
Ignis obest, utcunque gravi violentior ictu
Dat miseras late strages, et funera miscet;
Quippe modis multis vires idem ille benignas
Exercet, varia humanæ solatia vitæ
Dum tribuit, pulchroque dies illustrat honore.
Quo pacto herbarum latebris obductus in imis
Propellit teneros succos: illi inde per omnes
Mittuntur venas, et plexa foramina complent.
Hinc vigor accrescit plantis, hinc se ardua quercus
Erigit, et viridi pubescit gramine tellus;

Divitias hinc alma Ceres profundit opimas,
Lætusque Autumno ridet sudante Lyæus.
Quid dicam, quoties qua bruma pigra nivali
Tristis Hyperboreos late nox obruit agros,
Illa eadem effulget sacræ vis vivida flammæ;
Nunc tremulo spissas per nubes igne coruscans,
Nunc passim huc illuc varia sub imagine ludit,
Et vaga percurrit longo vastum æthera tractu:
Nunc totum ardenti perfundit lumine cœlum,
Hœbeæ haud frustra splendorem imitata diei.
Scilicet hinc etiam dextra medicina potenti
Obvenisse queat miseris, vel morte sub ipsa;
Lapsas ægro renovare in corpore vires.
Nu quod subtilis tenues calor ille canales
Sinuet sensim, et toto se corpore miscens
Occultos foveat succos, et tramite justo
Sidue quemvis proprios protrudat in usus;
Se animet magis hanc molem, infususque per artus
Vitales stimulet vires, habilemque vigorem.
Nobis vel adhuc seri jam in limine sæcli,

Fœda superstitio tantam negat invida laudem.

Ergone spreta adeo, nullo dignentur honore
Munera sancta Dei, quibus hos lenire dolores
Morborum potis, instantemque avertere mortem
Quid vero, si tota atque omni ex parte reperta
Res nobis nondum pateat? quis denique nescit
Quam multa assiduo maneant peragenda labore
Quantum longa dies poterit, vel serior usus?

Ergo etiam has varia exstructas compagine m
Corporaque, et formas rerum, casusque, vicesq
Perscrutari animo, et cura invigilare sequaci,
Ne pigeat; vere felix, modo condita possis
Principia, et leges rerum, causasque latentes
Eruere, et certa naturam exponere norma!

IN MORTEM JACOBI COOK.

ARRECTIS suspensa animis se Europa tenebat,
Arctoï sibi præcipiens commercia ponti;
Cum tu! per sævas glacies, et inhospita regna,
Ignotum aggressus præpandere gentibus æquor,
Cum tu! grande decus Britonum! medio ipse laborum
Deficis in cursu, et cœpta imperfecta relinquis.
Spes erat, et sero quamvis conamine, tandem
Insolitas aperire vias, ipsoque sub axe
Æquoris inclusi glacialia rumpere claustra;
Scilicet, ut cursu breviore, et tramite certo
Navita longinqui penetraret ad ostia Gangis,
Carthaiasque oras; longum nunc usque coactus
Radere iter, tardos et circumflectere cursus,

Sive vias lustret, qua Gama ingentibus ausis
Insuetum sulcabat iter, (non ille minacis
Vim metuens ponti, et dubii prope littoris oram
Vela legens, seu magno olim molimine fama est
Phœnicas tardis cursum intendisse carinis)
Sæva illic maria, et longo procul Africa tractu
Lustranda, atque obeunda feri plaga torrida soli
Arentem Angolam contra, Daradumque sonantes
Quin ubi se tandem extremis Cafraria terris
Ostentat, superest diris tamen usque procellis
Vexata, et rapido fervens Mozambia fluctu,
Seu quis Erythræum littus, mollesve Sabæos,
Seu porrectam ultra speret sibi Persidos oram.
At Bengala tibi, jam tum cum littora linquis
Afrorum, procul ingenti jam dissita ponto,
Poscit iter durum, et discrimina longa virorum:
Neu facile est, si quis Sinas et inhospita quærat
Littora Niphonas, totam expedisse carinam,
Aut superasse fretum, qua Java, et maxima prope
Sumatra, Eoös claudunt vasto obice fluctus.

Nec facile est illi scopulos vitare latentes,
Et dubios æstus, et quæ jacet undique cæcis
Interstincta vadis magno crebra insula ponto.
Nec brevior cursus si quis te, magne Magellan!
Occiduas per aquas Auroræ ad regna sequatur;
Longa via hic nautis etiam et discrimina rerum;
Atque ubi Atlantæi longinqua ad littora ponti
Perventum, et magno proprius jam Plata sonore
Audita in morem pelagi devolvere fluctus;
Illinc continuo deveros cursus ad Austros
Flectendus longe, gelidoque sub axe necesse est
Noctem intempestam, atque acres perferre procellas
Ante aut diffuso quam circa lumine cœlum
Rideat, aut detur delabier æquore aperto
Pacati maris, et tutos accedere portus.
At non æternum adversis cohibenda periclis
Mens humana, alio demum conamine quærit
Tandere iter pelago, tantosque levare labores,
Si forte Arctoö breviores transite cursus,
Quumque aditus faciles speraret ad orbem.

Nimirum extremo qua littora inhospita fluctus
Curvat, Atlantæi fugiens procul æquoris oras,
Hudsoni sinus, aut sublimes altius Arctos
Qua pelagus petit, et Boreæ lavat ultima regna;
Hic freta, si qua fides, æstu interfusa reducto
Dant aditus nautis, atque ostia recta viarum;
Inde ea Russiaco sese immiscentia ponto,
Mox Asiæ fines, projectaque Kamschadalæ
Littora discurrunt supra, extremosque Curilos.
Inde ergo ingentes terræ, atque expansa paterent
Ante oculos spatia oceani, et commercia rerum.
Hinc ubi Tartareæ specie jacet undique æva
Littus arenosum, et tristes longo ordine campi,
Quos contra opposito murorum limite claudit
Dives opum Sina, et varias exculta per artes.
Quid dicam? quam crebra ingens exinde per æquor
Insula se læto nautis ostendat honore
Munera gemmarum et fragrantia aromata jactans?
Usque ubi Ternatem supra, arentemque Tidorem
Innumeras offert ultro tota India merces.

Parte alia magno sese California tractu
Porrigit, unde viæ faciles tranquilla per alta,
Ante oculos donec nimbosa cacumina longe
Attollunt Andes, donec Peruvia circa
Ostentat pulchras urbes, et ditia regna
Argentique frequens rivis, aurique metallo.
At vero hoc frustra multo conamine gentes
Explorare iter, atque aditus recludere cæcos
ggressæ; usque adeo magnis obsistere cœptis
edia longa viæ, et gelidi inclementia ponti:
rgo ille hunc iterum qui possit adire laborem,
ui possit duris virtutem opponere rebus,
e, decus Britonum, et seri lux inclyta sæcli
oritur, quem nec casus, nec fata priorum,
ec super incumbens prono de cardine mundi
ppressit bruma, aut angusto limite clausit;
erum ideo magis obniti, et vi tendere contra,
npulit æternæ succensa cupidine famæ
irtus, et dubiis jamdudum assueta periclis.
Ipse etenim faustos molitus jam ante labores

Pacati late lustraverat æquoris undas,
Felicesque habitu terras, qua fœdere justo
Hospitii exceptus sibi mitia sæcla virorum
Devinxit, pulchram referens sine sanguine laurum.
Ipse etiam Australem longe spatiatus ad axem,
Extremos veterum cursus processerat ultra,
Gentibus ostendens qui certus denique finis
Terrarum oceanique jacet, qua navibus obstant
Æternæ glacies et non tractabile cœlum.
Ergo illum tantæ sortitum munera laudis
Jampridem, ingentique animo majore moventem,
Ipse pater populi, non unquam passus iniquis
Virtutem in tenebris condi, et sine honore jacere;
Ipse adeo movet auspiciis, et rite secundans
Hortatur studio, neque enim non denique cordi est
Imperium oceani, et Britonum proferre triumphos.
Ergo alacris patrios portus et littora linquens,
Scilicet haud tantis impar conatibus heros,
Magnum opus aggreditur, jamque æquora nota remensus,

Securas sedes, et mollia rura Taïtæ
Devenit, hospitioque iterum lætatur amico.
Mox Kamschadalæ tractus, glacialiaque arva
Propter, Hyperboreum lustrans interritus orbem,
Extremum penetrare fretum, optatamque laborat
Ire viam, et patriis præpandere classibus æquor.
Jamque illum Catharina sui prope littoris oras
Imperii fines obeuntem, atque ultima regna,
Læta suis opibus, tanti nil invida cœpti,
Adjuvat, atque ultro portu tutatur amico.
Ipsa etiam, hostili quanquam succensa furore,
Gallia suspendit sævi fera munera Martis,
Compescitque odium, studiisque secundat euntem.
Jamque illum ingenti dudum Britannia plausu
Poscebat reducem, ventosque in vota vocabat,
Longum iter increpitans, et tædia iniqua viarum:
Tum vero, ut tardi ulterius longo ordine menses
Transierant, necdum patriis successerat oris
Exoptata rates, dubios quisque inde timores
Spargere in ambiguum, et cunctandi quærere causas:

" Quó nunc sub cœlo? queis demum erraret in undis -
" Quæve adeo fortuna virum, casusve tulisset?"
Atqui illum interea peregrino in littore longe
Gens hominum effrænis fatali oppresserat ictu.
Heu finem cœpti invisum! temerataque jura
Hospitii! heu pelagi nequicquam erepte periclis!
Hoc illud fuit? Hæc demum te fata manebant?
Nec fas optati metam tetigisse laboris,
Nec patriis iterum incolumem considere terris!
Ergo te Britonum fletus, te publica cura,
Tantum opus aggressum, et magna inter cœpta cadentem
Condecorant: neque enim non te per sæcula gentis
Indigetes inter, laudumque exempla priorum,
Anglia in æternum referet, studioque fideli,
Rite tibi justos memor instaurabit honores!

COLUMBUS.

COLUMBUS.

TE, cui præclarum labentia sæcula nomen
Asensu tribuere uno, quem laudibus alti
Consilii patrem, et rerum, Columbe! novarum
Certatim decorat, meritisque Europa trophæis;
Te quoque Musa pio, quamvis circum horrida miscet
Prælia Iber, strepituque ciet stridente tumultus,
Prosequitur studio venerans: tibi gestit honores,
Immemon infestæ gentis, necdum invida famæ,
Ferre auctos, et parva lubens dare serta sepulcro.
Te duce, jam terrarum oras penetrare latentes
Oceani veteris thalamos, atque ultima mundi
Regna datum; patuere agri, qua nulla priores
Ad portum adveeti legerunt carbasa nautæ;

Nam Libyæ objectis extremæ ubi frangitur unda
Oris, et gremio solem longinqua cadentem
Excipit immensi tractu maris, hic Pater olim
Divisas penitus terras, ingentiaque arva
Seposuit procul, et vasto circum æquore vinxit.
Ni fecisset enim, mox pondere concita iniquo
Omnia, et incertis turbatus motibus orbis,
Quippe ruant, iterum dominantibus obruta tellus
Sidat aquis, dum monstra super phocæque natantes
Pro pecudum vitis, hominum pro gente vagentur.
Id metuens, æquis libratum lancibus orbem
Hinc atque hinc secuit genitor, partesque locavit
Oppositas: hanc olim bello opibusque potentem
Europam, Nomadumque plagas, Eöaque regna;
Illam Atlantiacos immani mole prementem
Fluctus; illam adeo lato, volventibus annis,
Insignem imperio, et fato meliore futuram.
Jamque explorati, repetitis cursibus, orbis
Dimidium patuit; jam navita littus, amica
Fretus acu, spernit, victorque et noctis et Austri

Alta petit maria, et pelago spatiatur aperto.
Quid tibi Phœnicum classem, Hannonisque meatus
Aut Diam,* ignoti primo salis æquora rastro
Expertum, referam? meliore, en! sidere natus
Alter adest, majorque viri se attollit imago.
Hunc rivalis honos, laudumque immensa cupido,
Et positi sub sole novo spes credita mundi,
Accendit, quem inter fluctus nimbosque sequaces
Eductum, varias artes usumque profundi
Nereïdes primum ante alios docuere magistræ.
Ille tamen fastusque graves, turpemque repulsam,
Septem hyemes supplex alienis finibus errans,
Passus, multa dolens animo, ne pectoris ingens
Consilium caderet, virtusque periret inanis.
Jam vero rerum lucet felicior ordo.
Fœmina, dux facti, famæ præsaga futuræ,
Ipsa Isabella viros acuit, promptisque benigna
Præsidiis urget. Video per littus Iberum
Instare ardentes, tandemque vocantibus auris,

* Barthol. Diaz.

Per mare tardatam nimium procedere classem.
Vade! age! grande decus secli! te prospera justæ
Relligio, te certa animi conscendere fluctus
Auguria, et nullis virtus cessura periclis.

Tres illum perhibent totos longo ordine menses
Per maris Occidui spatia atque immobile marmor
Rumpere iter, dum tristis hyems insuetaque cœli
Exagitat rabies, cum jam spes perdita terræ,
Et socii increpitant ægrum, tamen ipse minarum
Atque operis patiens cursum tenet, ipse labores
Perferre ingentes gaudet, proramque per altum
Clavo hærens regere et ponto invigilare tumenti.
Fata trahunt, atque ipsa augur fiducia lævis
Ominibus major; tandem, discrimine acerbo
Dum gemit, et mediis vehitur vix pinus in undis,
Ecce! procul tandem ignotæ telluris imago,
Visa per obscuram noctem, spes suscitat ægros!
Advertunt proras, fremit omnis nauta, solumque
Præcipit exoptatum animo, terræque propinquæ
Obtutu immoritur, spirantemque aëra captat.

Ipse heros primus, telis insignis et ostro,
Ipse, reus votorum, ausi mirabilis auctor,
Exilit in littus; socii simul agmine denso
Corripiunt ripas amplexi, atque oscula figunt.
Hæc adeo parva inventi primordia mundi
Cepere Oceani lassum: jacet insula * ponti
Exiguo tractu, salva rate nomina ducit,
Inde intersocias non despicienda Bahamas;
Cedit terra viris; quid enim certâsse sub armis
Contra fata deûm, contra ipsa Typhoëa tela
Profuerit, quos nondum acies Bellona cruentas
Dirigere edocuit, castrisque exercita vita?
Illos blanda quies, illos blando ubere nutrit
Æternum veris gremium, dum mollior æther
Mulcet, odoratumque nemus, solesque propinqui.
Scilicet his rerum nulla experientia, nulla
Vis animi; classis trepide mirantur Iberæ
Extantes malos ventisque tumentia vela.
Ipsos quinetiam, delapsos nubibus, altos

* St. Salvador.

Credunt advenisse deos, seu forte volanti
Vectus equo rutilis horret novus hospes in armis
Attonitos quatiens animos, seu sæpe nigrantes
Cum sonitu nimbos simulataque fulmina miscet.
Ergo sacro passim supplex veneratus honore,
Indigena ignotas herbas insuetaque serta
Affert, atque novi fragrantia munera mali,
Inscius, et rudibus compellat numina votis.
Jamque iterum Zephyrus felici a littore classem
Æquataeque ferunt aurae, juvat astra retrorsum
Servata, et patriam carasque revisere sedes.
At non securos rerum, immunesque pericli
Tendere iter fas est, iterum niger urget ab alto
Montanos fluctus insanaque murmura volvens
Nimbus, et adverso strident aquilone procellæ.
Quis tibi tum misero suspendit pectora sensus,
Heu! quantus, Columbe! pavor, discrimina sæva
Cernenti, ne jam iratis moriaris in undis,
Infelix operum victor, simul ipsa trophæa
Irrita, et ingentis pereant vestigia facti!

Non vero tantos nequicquam obiisse labores
Fata volunt. Tagus hospitio te dives amico
Excipit, et patrias tutum dimittit ad oras.
Undique fama volat, trepidoque Hispania fervet
Visendi studio: quæ te, Regina, movebánt
Gaudia, gratantem reduces, quos ipsa per æquor
Egisti, auxilio et præsenti numine firmans?
Quid memorem quali vultu es mirata canentem
Monstra maris, cœlique minas, molemque laborum?
Quid, cum parta nova ostentat regione trophæa
Insolitasque hominum formas, terræque repertæ
Primitias, aurique nimis venerabile donum?
Scilicet has certe laudes, hæc præmia cœpti
Debita habes, Heros! tarda jam tempora lauro
Velans, et longe quæsito exceptus honore.
Interea crebris rursum stant æquora velis;
Ad portum gens tota ruit, tua numina in undas
Certa sequi, erroresque tuos. Nil tædia longi
Exterrent pelagi, quos sero accensa morantes
Increpitat virtus, prædæque arrecta cupido:

Tollere vela iterum, validos incidere funes
Dux jubet; illum adeo majoribus æquora fatis
Ulteriora vocant, ac rerum augustior ordo.
En! ubi centenis fluviorum fontibus agmen
Effundit, pelago volvens Oronoco sonanti,
Mille per immanes populos, sensere ruentem
Littora, et ex imo gemitum pater edidit amne.
Illum allabentem jam nunc pavet excita tellus
Guaianæ; attonitæ motu, et qua cæditur atrum
Honduræ nemus, aut series ubi Mexico rerum
Artifici filo, plumaque interprete pingit,
Usque ad Amazonidum ripas Platæque fluenta,
Undique conveniunt gentes, quas nuncia late
Fama ciet: rapto celerans subit efferus arcu
Quem cursu assiduo gaudentem, et cæde ferina
Cumana exercet sylvis, quemque ardua propter
Littora piscosis pascit Nicaragua stagnis
Maxima, semesoque recens Caribæus ab hoste.
Esse etenim in fatis, sic multos fama per annos
Tradiderat, fore longinquis e sedibus olim

Qui bello obstantes populos invitaque regna
Vinceret, et patrios premeret sub calce Penates.
Illum adeo auguriis, quem nunc nova tela ferentem
Externosque vident habitus, illum sibi regem
Portendi metuunt. Illi contraria demens
Arma parat, clavamque rapit, vibratque sagittas
Incola, et insolita formidine sævior instat.
Quid referam, quoties plumbi exitiale volantis
Pondus, sulphureoque furentes impete flammas
Barbarus extimuit? vel quem densa agmina ducens
Conseruit trepidas mutato numine pugnas
Fortior, Hispanaque infecit clade Belerum.
At ne pulsæ acies retro crudeliaque astra
Dejiciant animos, quanquam te quicquid amari
Sors habet, infractæque rates, morbique, famesque
Et virtus mercede carens, et frigida regis
Dextra, pater! cruciat, viden' ut novus ordo nepotum,
Par ingressus iter, surgat, qui tollere nomen
Possit humo, et famam factis efferre jacentem!

Aspice, quam late variis Europa triumphis
Ferveat! hinc victor tranat Vespusius altum
Plus æquo felix, illinc micat acer in armis
Cui patrios fines, sceptrumque coactus avitum
Montezuma dabit, nec tu, Peruvia! bello
Longe impar, stabis, quam nil arma ærea contra
Sol auctor gentis, nihil auri prodiga tellus
Juverit, ecce etiam peregrina e sede profecta
Æmula gens Britonum zonas tentare nivales
Extremasque erit ausa plagas, ubi barbarus olim
Dediscet sævos mores, informiaque ora
Exuet, et divûm squallentia numina franget.
  Fortunata nimis Britonum gens, si modo regna
Parta fovere sinu, pacisque imponere leges,
Fata sinant, justoque amplecti fœdere natos!
  Hæc adeo, hæc tandem duræ solatia sortis
Accipies, magnoque animum oblectabis honore,
Optime dux! nam quid robur celeresque sagittas
Herculis, aut Bacchum spoliis curruque superbum,
Cladem Asiæ pestemque, moror? Te sanctius ornat

Molitum meliora decus. Te maxima tellus,
Docta artes pulchras, fœdisque erepta tenebris
Virtute auspiciisque tuis, patremque bonique
Suspicit auctorem. His saltem lætabere donis
Scilicet; hæc manes descendet fama sub imos!

CALPE OBSESSA.

CALPE OBSESSA.

JAMDUDUM infaustos ausus et fracta laboris
Consilia ingentis, sparsasque impune catervas
Gallia plorabat: nequicquam classe frequenti
Stipata iratas hinc illinc occupat undas,
Nequicquam extremo surgens Hispania nisu
Sese infert belli sociam, obsessumque per æquor
Amplior incedit: Tu, Calpe! immobilis hæres,
Et longe innocuum spectas illæsa tumultum.
Alma oh! quæ proprias, invicto numine, vires
Suppeditans, pleno permixta in pectore vivis,
Libertas; et tu, magnæ Virtutis imago,
Majestate vigens sublimior inconcussa,
Dum patriæ pius urget amor; si littora, vobis
Cognita, si rupes Graiis lustrata triumphis,

Si devota acies, et vis peritura juventæ
Spartanæ, dum jam calcatâ per agmina Xerxis
Scindit iter, vindexque recondi respuit ensis,
Non ingrata olim; simili succurite fato
Oh tandem, et vestros ultro spectate Britannos!
Tum mihi, si vos rite voco, aspirate canenti,
Dum refero insueti spectacula lurida belli,
Atque instructa novis armamentaria telis.
Continuo ante oculos sese objicit ardua rupes,
Non ignota olim fama, ancipitique resurgens
Despicit arce undas, custosque in limine regnat
Vi secura sua: quippe arcte angusta profundi
Claustra premunt, utrique objecta repagula ponto:
Invadit campos hic impacatus Iberus
Vicinos nimium, a tergo, finesque propinquos,
Et Calpem disjunctam, et non sua culmina spectans.
Scilicet hanc etiam regni de parte revelli
Invidet, et jam nunc ultricibus æstuat armis:
Hac mente, ut possit pelagi jus ipse tueri

Subjecti, et placida tandem statione potitus
Tutius in proprias commercia vertere Gades.
Ergo, ubi jam longo confecta Britannia bello
Ægre lassatis vix vix sese arrigit armis,
Grande opus aggreditur, socioque cupidine ductos
Juncta, nec invitos, vocat in certamina Gallos.
Una intenti omnes non æquo Marte labantem
Diruere, et priscum properant divellere sceptrum.
Urget amor patriæ, tum magni gloria facti,
Vindictæque ardor, læsæque injuria famæ.
Protinus innumeræ coëunt hinc inde catervæ.
Et quos clivosis Hispania mittit ab oris,
Quique et nativos scopulos, vitesque paternas
Linquebant, acti intentati Martis in arma.
Undique tum rupem porrecto milite cingunt
Obsessam, et propriis late dominantur in undis.
Quid tum quid miseris sperare? en! hostis ubique
Cinxit! jam terret teterrima mortis imago,
Ostendens vultum et stillantes sanguine crines;
Jamque expectanti sensim confecta dolore

Ægra fames, taciturno implorans lumine victu
At non idcirco firmi fiducia cœpti
Heroi Angliaco cessit, vel pectoris ingens
Consilium. Multæ stat sese opponere morti,
Tum tempestatem belli incertosque tumultus
Temperat, et placida præsens virtute serenat,
Ipse alacri studio, promptisque laboribus instat
At pulsa et fractis jampridem arrectior iris
Majori assurgit cœpto, atque immane volutat
Gallia mortis opus. Quippe ingentem ordine mo
Turrito tumidos superantem culmine fluctus
Ædificant, vastique attollunt pondera ligni.
Scilicet ut cæco penitus munimine septi
Mortem aspernentur propiorem, et fulmina mi
Atque impune ignes trepidos jaculentur in host
Surgit opus, furtimque futuro funere fœtum
Sulcat aquas longe minitans; nec tristior illa
Quæ sæva in miseram surgebat machina Trojan
Horrendum incumbens devotæ desuper urbi.
Heu Troja infelix nimium! quod si tibi talis

erat ductor, qualis tibi, prospera Calpe!
ntiqua diu staret, nec Græcia vindex
rat immani fumantia templa ruina.
tiam dum jam propiori fronte minatur
ii species miri, peregrinaque classis,
eros tacitum volvit sub corde triumphum
to, atque aciem attentus collustrat euntem;
ius interea consurgit pectoris ardor,
clamat:—" Vos, oh! rupes, et sola locorum
igie, innumeros nedum violata per annos;
ue adeo quæcunque ima tellure potestas
a arcana tenes; liceat mihi, numine vestro,
tare hoc saltem, et veteres turbare recessus.
que etiam, socii, pars o! carissima, mecum
s una adjunxit cura et commune periclum,
el tangat amor, magnorum aut cura parentum,
ic, oh nunc, una supremo incumbite nisu,
priscos revocate animos, geniumque priorem!"
ait, accenditque acres per pectora flammas.
i fremunt; nec vasta instans immanior umbra

Machina, nec cædis jam jam minitantis imago
Altum animum, firmosve valet deflectere sensus.
Protinus insolito reboant tormenta fragore
Ignitosque globos, et fulmen missile torquent.
Alma dies, aliis quæ frustra lætior oris
Surrexisti, iterum redeuntia gaudia volvens,
Heu quales ibi tum strages, quæ funera testis
Spectabas! cædis quantos hinc inde tumultus!
Te redeunte, tamen, lætata est plurima mater,
Gallia! villarum per limina sparsa tuarum,
Et natum absentem revocat "quin præmia famæ
"Jam tulit," exclamat, "jam nunc sua tempora lauro
"Victrici cingit, socîis spectandus," at ille,
Ille miser periit, nec rursum gaudia ruris,
Neve domus, matrisve reducat cura senilis
Nec deserta sonans vicina fistula valle.
Nec vero, ut retulit nox exoptata tenebras
Cessavit furor, ardenti conjecta ruina
Sævit adhuc longe missi vis flammea ferri.

o exustæ dant mœsta incendia naves,
umque vadum fumanti tramite signant.
ritones geminata tonitrua torquent:
er medios, altoque serenior ore,
e Martem spectat sublimis opacum,
ndam proprio vestitum fulmine numen,
enens, fatique velut moderatur habenas.
insolitum sola sub nocte fragorem
m Libyæ littus, longeque tremiscit
as inter latebras exsomnis hyæna!
abor, et victis cessit spes ultima Gallis.
flamma rapit tentantem heu plurima frustra,
epta undis, scopulisque illisa cruentis
, et moriens muto ægre suspicit ore.
ioque semineces dum vix luctantur in undis,
e auxilium, si quid pia cura juvaret,
s heu miseris, ultra vix hostibus, offert;
im eluctans redit in præcordia sanguis,
ens tacitum testatur vultus amorem!
æterno surgentes culmine rupes!

Quæ spectavistis late cædemque fugamque
Dicite, cum tandem peragrato victor ab orbe
Alcides olim rediens, hic littore vestro
Certos instituit fines, metamque viarum;
Dicite, cum rutilis descendens Julius armis
Primum intentati perrupit claustra profundi
Per vestros aditus; an justior inde triumphus,
Ac quando Angliacus, flammis victricibus, her
Hinc conjuratas truculento milite turmas
Confregit, lacerasque rates, et signa per ampla
Sparsa undas, summa victor lustrabat ab arce?
Tuque etiam variis distracta o! patria curis,
Si quid mœstus amor, si quid pia vota valebunt
Sic etiam strato surgas sublimior hoste
Majestate nova, vincaque a vulnere sumas.
Nec mihi vana fides—jam nunc promissa futuri
Splendida, Musa videt, lætosque ex ordine mei
Ipsa suum agnoscit jam America fida parentem,
Jam tibi per longos fines victa oceani vis
Submittit vetus imperium, curvasque per oras

Late aperit mundi commercia plena remoti.
Salveto, oh tandem trepidis erepta periclis!
Æternum invicta florescas, Anglia! fama;
Dum, velut unda tuam quæ verberat irrita Calpem,
Incassum fracta discordia murmurat ira!

GLOBUS AEROSTATICUS.

PONDERE quo terras premat aër, igneus ardor
Quam levis, et quali raptim nova machina nisu
Emicet in cœlum, et puro circum æthere ludat,
Pandere jam aggrediar; juvat altas luminis oras
Suspicere, et magni rationem exquirere mundi.
Quippe etenim, ut facili cura, certoque labore
Hæc lustrare queas, miro en! spectacula ritu
Circum ultro tibi mille adsunt, rerumque recludens
Dat natura modum, et primordia notitiæ.
Namque ubi sulphureis concocta bitumina venis,
Ausa ultro mediæ penetrare in viscera terræ,
Gens hominum effodit, fundo illic semper ab imo
Exsudare leves æstus, summisque sub antris
Se furtim glomerare ferunt, quin sæpe repenti

Cum sonitu accensos, et diræ turbine flammæ
Rumpere vi montem, superasque effervere in
At vero angustis si terræ inclusa cavernis
Ignea vis longum subter duraverit ævum,
Quas ibi mox clades heu! quantasque videbis
Faucibus eruptis volvi super æthera flammas!
Quid repetam Ausoniis quoties tibi nuper in oris
Concussæ cecidere urbes? quot corpora letho
Ipsa etiam horrendis subter distracta ruinis
Terra dedit? dum jam luctantem funditus æstum
Collectosque vomens ad cœlum efflaverat ignes.
Usque adeo est quædam subtilis cæca animai
Materies, alti quæ vulgo ad sidera cœli
Vi propria volat, et terras contemnit inertes.
Ergo etiam hos æstus si quis finxisse per artem
Noverit, et levibus poterit concludere textis,
Continuo e terris volucrem miro impete cernas
Ire globum, aëriisque ultro se credere ventis,
Et jam jamque magis liquidas conscendere nubes
Altius, atque atro penitus se condere cœlo.

Verum ubi jam longo in spatio eluctatus abivit
Aurai levis æstus, et igneus exiit ardor,
Tum demum ætheriis idem se rursus ab oris
Demittet sensim, et mortalia regna reviset.
Quare age, et hæc animo tecum evolvisse sagaci
Cura sit, et cæcas meditando exquirere causas.
Nec sine consilio fieri hæc, sine mente rearis,
Aut rebus non jura dari, verum omnia volvi
Lege una, et certo sub fœdere labier orbem.
Principio hanc omnem cœli spirabilis auram,
Terraïque oras, et lati marmora ponti,
Vis eadem regit, ac uno omnia corpora ritu
In medium, magna connixa cupidine tendunt,
Pondere quidque suo; firmis ita nexibus orbis
Scilicet, et tuto circum se turbine versat.
Proinde, magis gravibus, densisque ut corpora cuncta
Seminibus constant, ita per leviora necesse est
Subsidisse magis; queis ergo rarior intus
Textura, et levibus constant quæcunque elementis;

Hæc contra e medio, sursum eluctata videntur
Volvere se supra, et magno circum æthere labi:
Quinetiam hic, tenuis quanquam et diffusilis, a
Mollia qui rebus dat vitæ pabula, et omnem
Herbarumque fovet prolem, gentemque animan
Ipse etiam, immani descendens pondere, terris
Incumbit, gravibusque urget complexibus orbe
At vero insolitos si qua sibi parte calores
Hauserit, hac ultro se latius ipse relaxans
Rarescensque aër, leviori ita corpore, longe
Emicat e terra, et cœlo spatiatur in alto.
Hinc adeo expressos nimio sub sole vapores
Arida se per prata ferunt attollere, et alte
Cœruleam nitidis variare coloribus æthram;
Sæpe itaque et subitis incendi ardoribus auras
Per noctem, et longos in nubila spargier ignes.
Nonne vides etiam taciti per devia ruris,
Agricolæ ut parvo glomeratus de lare fumus
Avolat, et tenuem rotet alte in sidera nubem?
Quare etiam, atque etiam, commixto semper

igni

Mutaturque aër, alienaque fœdera discit,
Et varium exercet, conversa lege, tenorem.
Scilicet has rerum species, hæc fœdera, secum
Contemplata diu, et vigilanti mente secuta,
Hinc etiam ipsa novum simili sub imagine cœptum
Gens humana movet, currumque evecta per auras
Orquet iter, cœlumque audet peragrare profundum.
Ergo etiam hanc ipsam versu me attingere partem
pigeat; tenues nec dedignere monendo
didicisse artes; quippe ultro carbasa Persæ
unt levia, et viridi glomerata sub arbore bombyx
llera suspendit; tu lento tenuia fuco
xta line, exiguoque liquescens adsit ab igni
cera, et spissum Panchaio e cortice gluten.
aximus hic labor est, hæc alti gloria cœpti.
i facias, laxi per aperta foramina veli
eu! tibi mox raræ nimium penetrabilis auræ
is ibit, frustraque artem tentabis inanem.
Quod superest, seu jam piceas secta abiete tædas,

Et stipulam crepitantem, et olentis vellera lanæ,
Supponi, rapidumque velis advertier ignem,
Seu magis ardenti succensas subter olivo
Lampadas admota placeat suspendere flamma,
Quicquid erit, pariter raros bibet ipsa calores,
Ingentemque tumens se machina flectet in orbem.
Quid dicam, et quales novit tibi chymicus arte
Quove modo effusum resoluto e sulphure acetum,
Et chalybis ramenta, levesque a flumine rores
Ille docet miscere, atrumque exsolvere in ignem
Nempe ea cum proprio jam collabefacta calore
In qua se expediunt iterum primordia, et arctos
Dissolvunt nexus, et vincla tenacia laxant:
Ignea tum subito rapidæ tibi vis animaï
Exagitata foras, validis exæstuat ultro
Vorticibus, clausaque arcte fornace remugit;
Hanc ipse appositis effunde canalibus, ipse
Pendentem immissis distende vaporibus orbem.
Quin age, nec pigro Britonum depressa veterno
Corda diu jaceant, dum late ingentibus aquis

Gallia se in meritos attollit sola triumphos.
Illa quidem positis ultro pacatior armis,
Hanc ipsam in laudem, et potioris munera palmæ
Advocat, illa etiam faustos jam experta labores
Omina magna dedit, certæque exempla viaï.
Attonitam quoties tremefacto pectore gentem
Vidit arundinea prælabens Sequana ripa
Stare, laborantes volventem in corde tumultus,
Audax dum ante oculos magni moliminis auctor
Evolat in cœlum, et spissa sese occulit umbra;
Aut late aërium faustis aquilonibus æquor
Tranat ovans, validasque manu moderatur habenas.
Tum primum superi patefacta in regna profundi
Mortales oculi, mediæ e regionibus æthræ,
Convertere aciem, densis dum obducta tenebris
Sub pedibus terra atque hominum spatia ampla re-
cedunt.
Nam neque per totum cessabant nubila cœlum
Densari, et vastos umbrarum attollere tractus,
Nec cuncti se circum ultro variare colores,

Cuncta figurarum late convolvier ora ;
Præsertim extremo cum jam pendebat Ol
Sol, transversa rubens ; aut primum cand
Monstrâratque ortum, et cœlo se pura fe
Atqui illic vacuas nec jam vox, nec sonu
Attingit, sed inane severa silentia regnar
Undique per spatium, et vario trepidanti
Corda quatit pavor, atque immixto horro

Hæc adeo, hæc præclara novæ primoi
Gallia, tu posuisti ; hoc jam mortalibus
Defuit, excussis dudum patefacta tenebr
Alta animi ratio, et vitaï norma severæ
Eluxere ; patent terræque, atque æquor
Astrorumque viæ, atque alti lex intima

Jamque adeo et liquidæ quæ sit tam n
Natura, et superi passim per inania cœli
Qua ratione gerant se res, et fœdera nec
Explorare datur ; quo pacto rarior usqu
Surgat, et in vacuum sensim se dissipet
Frigora quæ, qui ignes lateant ; quanto i

Huc superis, illuc infernis, partibus instent,
Convulsumque agitent transverso flamine cœlum.
Ergo etiam humanam, concepto hinc robore, mentem
Insolito tandem nisu, et majoribus ausis,
Tollere se cernes, penitusque ingentia lati
Aëris in spatia, et magni supera alta profundi
Moliri imperium ac multa dominarier arte.



ROMA ALARICO, GOTHORUM REGE, SPOLIATA.

ROMA ALARICO, GOTHORUM REGE, SPOLIATA.

HESPERII luctus regni, tristesque ruinas,
Immanemque ducem, armatas qui protinus Arctos
Intulit Ausoniæ, et sacros tibi, Romule, colles
Fœdavit, patrioque infecit sanguine Tybrim,
Aggredior; tu, vis puræ sanctissima mentis,
Tu, Pietas, mœstos quæcunque in pectore sensus
Suggeris, imperii formas miserata labantes,
Fortunasque hominum fractas, si maxima rerum
Reginam propria sese virtute ferebat
Roma olim, cœloque alte Mavortia duxit
Mœnia; si quondam Capitolî in culmine victrix
Jura per extremum tenuit sublimior orbem;
Nunc mihi rite adsis, imoque illabere cordi,

Dum miseros tandem casus, conversaque fata
Expedio, et tanti revoco monumenta laboris.
Quippe ubi jam Phrygias acies Romana per oras
Instaret quondam, et vicinæ incumberet Arcto,
Odinum, infensumque animis, odiisque frementem,
Extremum in mundum, peragratis montibus, agmen
Abduxisse, ipsoque orbis procul axe remoti
Delituisse ferunt, tuto dum in limite regnum
Conderet, et fidam, demisso sanguine, gentem,
Quæ memor iratas hinc illinc sumere pœnas
Posset, et Europæ collectis acrior armis,
Latè in Romulidas ultricia fundere bella.
Hinc altæ irarum causæ, tristisque cupido
Vindictæ steterat, donec Romana tot annos
Aucta virûm virtus animis, venerandaque dudum
Majestas, luxu fracta, et civilibus armis,
Procubuit, lassasque remisit saucia vires.
Tum conjuratas, emisso Aquilone, catervas
Barbaria, et late montes infudit apertos

Italiæ; sæpe immani gens sæva tumultu
Turbabat populos, et longo marte premebat.
At tu, tu patriæ cœpta inter talia primus
Infestis, Alarice, odiis, socioque furore,
Antiquo dominam terrarum evellere regno
Moliris, populosque armas in sceptra feroces.
Stat validam armorum vim, collectasque ruinas
Fundere, neve prius suscepto absistere bello,
Quam pulsæ obsesso murorum in limine portæ
Pandantur, fusaque Aquila victrice per urbem
Barbarus eversa dominetur Corvus in arce.
Continuo arrectis concurrit mentibus agmen,
Quos per Threïcias arces, Mœsosque propinquos,
Exceptos frustra tandem gens Romula mœret
Fatali hospitio; latis hos vallibus Hæmus
Despectat Geticam patrio cognomine prolem.
Tum quoque qui campos Istri trans flumina longe,
Arctoïasque plagas peragrant, Rhenumque remotum;
Quique etiam lucis Helam venerantur opacis,

Gens admota polo; rigidi qua Scandia fluctu
Cincta latet pelagi, seros messura per annos
Invictum Caroli nomen; quos Vistula pascit
Hyberna in ripis, umbrosaque horrida pinu
Hercynia educit montanis sylva latebris;
Qui quoque Carpathiæ glaciali a culmine ruf
Descendunt, longo durati frigore membra;
Tum si quis Scythicos montes, patriasque pr
Deseruit pastor, cœli melioris amore,
Et medium Tanaim, rapidique Borysthenis
Quos prædæ accensos spes, et felicior Auster
Iræve impellunt avidos, inviasque proles;
Hi socio agglomerant lateri, summamque ca
Imperii sedem, et devotæ mœnia Romæ.
Quis tum Roma tibi gemitus? quam tri
menti
Augurium? ut Gothicis prospectas horrida
Agmina jam propius, grandesque iterum
ipsa
Membrorum formas, atque ossa ingentia ce

Nec quisquam hostili veniet de cæde Camillus,
Qui tantis urbem insidiis subitoque periclo
Eripiat, portæve aut propugnacula possint
Immensas acies, turbamque arcere furentem.
At victor, primæ cum dira incepta secundant
Jam tenebræ, certo nimium molimine fretus,
Nocturnum tacitis martem meditatur in umbris
Dux lustrans aditus, patriosque haud segnis in arma
Suscitat hinc populos, portisque advertit apertis.
Hi subito irrumpunt, spatiisque patentibus instant
Per muros passim, et capta dominantur in urbe.
Quantam ibi Nox aciem immissam, quot millia muris
Agmina spectabas! quam sævo in pectore lætos
Arctoö sensus hosti, dum limine sese
Fert medium, tractusque urbis circumerrat opacos,
Illustresque locos fama, ornatosque trophæis
Miratur, vastumque forum, antiquosque Penates,
Et formidandam jam in vulnere majestatem!
At Manes, dum jam peregrini martis imago

Instaret, mœsti terra ingemuere sub ima;
Marmoreæque patrum formæ prorumpere visæ
Sedibus, et dextris tractare rigentibus enses.
Sed non augustæ moles, venerandaque visu
Limina, nec præclara artis monumenta vetustæ,
Queis belli rabies, queis longa pepercerat ætas,
Pectora sæva valent hosti, prædaque furentem
Permulcere animum, arrectasque in cordibus iras.
Jam correpta ardens devota in culmina tæda
Sævit, et ingenti late tecta occupat igne.
Protenus egregiæ turres, extructaque cœlo
Laomedontiadum penetralia sacra parentum,
Dant stragem, et longo volvunt incendia tractu.
Agnovit triste indicium, cladesque patentes
Pastor, ut aëriis in saltibus Appennini
Nocturnus tacito forte invigilabat ovili;
Suspensisque oculis hausit sub nubila lucem
Longius, et noto surgentes tramite flammas.
Quid faciant miseri! mediis dum sæva minatur
Armorum in laribus species, lituique per umbras

Dirum exauditi, et raucæ discordia vocis.
Atqui, semusto jamdudum in limine, victor
Impune immiti circum tenet omnia dextra
Barbarus, et rapta sese infert torvior urbe.
Neve ulla afflictis curant succurrere templis
Numina, non custos Tarpeiæ Jupiter arcis,
Vestave, ferratove sedens in limine Janus.
At summis acies adytis, penitusque recessus
Per sacros instant, qua nuper vina sacerdos
Libavit fundens, vittaque ornatus ad aram
Persolvit patriis supplex vota irrita Divis.
Tu nempe in tanto noctis, Tyberine, tumultu,
Natali miseros prælabens agmine muros,
Testis, quæ strages passim, quam multa per urbem
Funera, quot devictorum spolia ampla Quiritum,
Ad tua portabat peregrinus littora raptor:
Per tibi nam ripas flammarum in luce catervæ
Tendebant, tristisque armorum gloria longe
Fluctibus ingentem effudit rutilantibus umbram.
Et nunc arreptas arces, obsessaque late

Templa, et præruptis frustra Capitolia saxis,
Hostis habet, septemque implevit milite colles.
Et Roma alta ruit, quam verso exercitu tandem
Numine, quæ domita rediit Carthagine victrix,
Rettulit aut spolia incensis direpta Mycenis!
Scilicet hic olim, sacrati ad fluminis undam,
Pastorale agmen, claræ primordia gentis,
In dumis posuere urbem, sedesque locârunt
Romuleas, donec victos se Roma per agros
Erigere, et late Hesperia regnare subacta.
Hic illa audentemque animis, belloque potentem
Eduxit pubem, hinc alios effusa per orbes
Auroram imperio adjecit; Nabathæaque regna
Aut procul occiduum descendens classe per sæ
Extremo attonitam tremefecit littore Thulen.
Hactenus heu! potuit; nunc vis antiqua recum
Fundítus, et summi jamdudum gloria sceptri.
Nec priscos iterum inviset victoria natos;
Nec posthac festam populus glomeratus in arce
Ora triumphantum spectabit læta, ducemve,

Curribus ut strato remeat subvectus ab hoste,
Excipiet, meritaque accinget tempora lauro.
Jam variæ gentes audent se attollere contra
Subjectæ et magnam regni divellere partem.
Atque hic imbelles iterum in certamina vertit
Afer agens turmas, et jam desueta elephantum
Corpora, turritasque minas; hic India rursum
Tela fremit, Parthusque optat renovare sagittis
Prælia, nec metuunt Hyrcanæ vincula tigres.
At tu tantarum quæ sola Britannia rerum
Clarior effulges, et majestatis imago,
Quæ media strage ex ipsa, Romæque supremo
E cinere assurgens, duxisti hinc prima futuri
Auspicia imperii, libertatemque perennem;
Adverte huc mentem, tantosque o! respice casus;
Neve tibi hinc animos luxus perstringat inertes.
Sic dum Romanam virtutem, altosque triumphos,
Ingrederis, famaque ardens ad sidera surgis,
Stet sceptris æterna dies! neu mobilis unquam
Ingentes una clades cum laude sequaris!

PICTURA IN VITRO.

PICTURA IN VITRO.

EGREGIOS fuci tractus, calamique labores,
Perpetuo formas spirantes flore juventæ,
Pictosque æterna saltus æstate virentes,
Artis, Musa, soror, dulci quæ voce canebas,
Nunc fictamque diem, mentitaque lumina cœli,
Dum referas, vivosque perusto in murice vultus,
Et vitrum exardens vario splendore colorum,
Ingredere, et dignum pictore accende furorem.
Nequicquam aut rutilos Phœbeæ lampadis ignes,
Aut Ætnam mistos rupta ex fuligine flammis
Ructantem cineres; nequicquam fulgura cœli
Irati, in tabulis formare, aut pingere textis
Speratum; latuit facies crystallina vitri
Ignota, et nondum felix industria terræ

Explorarat opes, causasque, et semina rerum.
Corporibus nondum speravit lucida fuscis
Misceri posse, et longe disjuncta coire,
Et sese in liquidum flammis contrita resolvi.
Attonitus Syriæ deserto in littore primum
Lucentes vitri conspexit navita rivos;
Igne liquescentes primum miratus arenas,
Mox habilem artificis procudit dextera formam,
Materiemque novam varios aptavit in usus.
Exin' purpureo ardebant pellucida Baccho
Pocula, servatusque diu, jam mitior annis,
Siccatas pecudum pelles, calicesque Lyæus
Horrebat, gemmis gravidas, auroque micantes,
Corporaque ex parvis alio jam grandia visu
Facta, admirantes oculis sine more tenebant.
Jam primum lunæ sero sub vespere vultus,
Dirosque ignito radiantes crine cometas,
Sidereosque choros, taciteque errantia signa
In spatia ampla poli, attonitus lustrabat ocellus,
Et speculi jucunda animos explebat imago.

ıtinuo delubra Deûm veneranda micabant,
galisque domus, vitreo decorata nitore,
mille adverso rutilabant sole fenestræ.
: ne templa nimis, sacrasque recluderet aras
lultum immissa dies, fucavit mystica vitrum
elligio, nemorum obscuros imitata recessus,
t pulchro varias aptavit in ordine partes.
lic niveum viridi, certabat murice flavum,
ırpura cæruleo, discordia grata colorum.
Salve sancta hominum Pietas! te rite parentem
;noscunt artes, a te primordia sumunt;
:ulto primum modulamine musica laudes
ncelebrata tuas, grata et concordia vocum;
loctisque Deos numeris venerata poesis
ptus amore sacro; vivos de marmore vultus,
ırantesque auri effigies tibi munera sculptor
ma tulit, calamusque olim tua numina pingens
m nunc te repetit fontem, tibi devovet omnem.
Mox etiam variis fingens simulacra figuris,

Audax ingenii pictor miram extudit artem,
Terroresque novos, et fracto lumine sparsit
Horrendas per fana magis metuenda tenebras.
Quippe etenim illorum solenni ex ordine sacras
Cernere erat formas, qui religionis amore
Projecere animas; hæsit plebs territa visu,
Lumina fixa solo vix ausa attollere, cœlumque
Instare, et totum compleri numine templum
Credidit, inductasque in vitro exhorruit umbras.
Dein pictor Raphaëlis opus felicior ausis
Aggrediens, artis tetigit fastigia summæ.
Seu cum fulmineo Paulus tonet ore, trementem
Aspicimus regem, insolitosque in fronte timores.
Seu Lazarum gelidi rumpentem claustra sepulcri
Cernimus, et fracta devictam cuspide mortem.
Seu victi Satanæ prostratis fulmina turmis
Insultent, lapsuque horrendo ad Tartara mittant.
Hæc o! si artis adhuc miracula prisca manerent!
At sæva accendens civiles ira tumultus

Vertit inexpletum clara in monumenta furorem;
Sic quondam hostili perfregit Mummius ictu
Quot formas fuso jactabat in ære Corinthus.
Clarior ars tenebris rediviva emergit opacis:
Nec diu inexperto defixus lumine pictor
Reliquiis inhiat, vitreique arcana coloris
Eruit incassum, et sopitam consulit artem.
En! iterum terras, convexaque atria cœli,
Æmula naturæ depingit dextra; loquaces
Exprimit ad vivum vultus; iterumque colori
Dat vitam calamus; longa jam morte sepultos
Subjicit ante oculos; iterum deludit imago
Vivida spectantem, falsisque timoribus angit.
Quis miram artificis curam, seriemque laboris
Arcanam referet, ne non lustrantis ocellum
Scrutantem formidet opus? jam mente futuras
Pictura expandit formas, vitreasque sagaci
Judicio innectit partes, junctura decoros
Improba ne lædat vultus, atque arte tenacem
Confundit vincum, succosque attemperat omnes.

Inde Deum effingit sacro correptus amore,
Felicemque diem, magni quæ conscia partus
Servato radiis illuxit clarior orbi.
Parvulus in medio naturæ flosculus infans
Ridet amabiliter, divini et lumine vultus
Affulget circum, et radiorum spicula tendit.
Intrat adoranti miscens formidine amorem
Elatis mater manibus, turmæque cubile
Stramineum angelicæ cingunt; hinc tæda coru
Illinc Luna jubar fracta inter nubila mittit;
Venturæque tuens hæc omina sacra salutis
Obstupet attonitus propiori numine pastor.
Hoc olim, hoc, pictor, de te Britannia fider
Augurio speravit opus; non illa coloris
Ignorat vitrei artificem, non immemor illa
Te vidit rerum formas miscere venustas,
Purpureoque nives vitri suffundere succo.
Vidit enim, arte tua, pleno sol aureus orbe
Cum fudit lucem, et radiis præstrinxit ocello
Fictis, spectantemque novo prope perculit æ

tollentem magna vi brachia fabrum,
ique in medio aspexit, crebroque volantem
llam, et sese flamma propiore retraxit.
ıt fuci veneres, quæ gratia vivida vitri
nitanda nitent? dum tædæ languidus ignis
et in tabula plenæ mala lucis imago
nit ardentem, Phœbi qualem accipit, orbem,
prii radiis mentitur luce diei.
imium fragilis decor! O si flexile tactu,
li patiens mutaret ductile formam!
non longa dies, cœlorum aut proruet ira,
ue iterum flammis si forte exire superstes
iis posset, minimo confringitur ictu;
ur omne solum, late dum tristia monstrant
ina crudelem nunquam jungenda ruinam.
n et longi extremo sub fine laboris,
m perfectas conjunxerat ordine formas,
tque operis pictor contingere summam,
ipsu contusa perit pictura sinistro!
uas ita cum voces Cumæa sacerdos

Mandabat foliis, et fata aperire futuri
Sollicita optaret, vento commota repente
Mystica verba Dei volitârunt sparsa per antrum
Responsa et periere semel disjuncta Sibyllæ.
Heu quali irarum torquentur pectora fluctu
Vix spectata rapi lætato munera visu!
Hoc, pictor laudande, tuis conatibus obstat,
Hoc tantum egregiis; hæc si fata aspera rumpant
Extremos tunc vitra dies illæsa videbunt.
Heroüm simulacra cadent innixa columnis,
Pyramidum et moles regali splendida sumptu,
Et claris ornata ruent monumenta trophæis,
Phidiacusque labor, fusæque ex ære figuræ:
At quantum pretio superant saxa æra columna
Forma colorati per venas divite vitri,
Tantum annïs etiam æterno splendore refulgent
Te quoque quem proprium Britannia jactat Apel
Te picturati facies crystallina vitri
Exsolvi metuens solida compage colorum,
Donavit, formisque tuis par contulit ævum.

Et quanquam invadat mors immatura tabellam,
Non confisa vitro languescet gratia fuci.
At modo communes coëant in fœdera vires,
Nobile par, sociumque simul renovata laborem,
Mutua tum claris accedet gratia cœptis,
Extremique artem recinent utramque nepotes.

K, A VIOLENTA REGICIDÆ MANU EREPTUS,
CUM REGINA OXONIUM INVISENS.

REX A VIOLENTA PERFIDI MANU EREPTUS, CUM REGINA OXONIUM INVISENS.

DUM capit Angliacam rumor formidine gentem,
Regales referens casus tremefactaque sceptra;
Dum tacet Isiacus, cui nuncius attigit aures,
Venturas tristi præsumens pectore curas;
Huc tu, magne pater, properans medium ipse timorem
Ultro interrumpis, luctusque a corde resolvis.
Nam regum decorata opibus, suffultaque sceptris,
Vallibus in placidis, longos Rhedicyna per annos
Accepit Musas, clarosque ostentat Alumnos.
Hinc primas posuit sedes; hinc aucta per agros
Longius extendit muros; hinc maxima rerum
Centum sublimes ad sidera sustulit arces.
Haud secus ac ramos intexens pampinus ulmo

Se tulit e terris, purasque exivit in auras,
Brachiaque effudit tumidis curvata racemis:
Ac velut uva perit, si crebra accisa bipenni
Sternitur ulmus humi; sic tecum, maxime princeps,
Corruimus simul, ac fato succumbimus uni.

Nam qua sublimi surgunt nunc vertice turres,
Hic olim irriguæ viridanti in limite vallis
Gramina surgebant: per limina sacra Scholarum
Errabant pecudes: festique in sede Theatri
Vespere sub sero claudebat ovilia pastor.
Mollia sed musis Aluredus tecta requirens
Hospitium hic lætum elegit, sedesque beatas
Constituit: pastus linquunt armenta vetustos,
Et regna herbosa: apparent surgentia tecta,
Crescentesque arces, atque amplior urbis imago.

Continuo sparsi per rura inculta Britanni
Sylvestres liquere domos, qua sæpe solebant
Montanas agitare feras, et corpora picta
Velare exuviis: nunc læta per Isidis arva
Agrestes animos, et corda ferocia ponunt:

Nunc morum affectus molles, dulcemque leporem
Doctrinæ accipiunt: juvat atram e pectore nubem
Excutere, et cæcæ præpandere lumina menti.
At primus Musas Aluredus duxit in urbem:
Aonia primus velavit tempora lauro:
Scilicet hos lucos, solio sceptroque relicto,
Regius invisit vates; fontemque recludens
Pieridum, pugnas cecinit, Martisque labores,
Cristatosque duces, fulgentesque ære phalanges,
Præclaram heroüm laudem, qualem ipse parabat,
Puppibus ut quondam peregrinum appelleret agmen,
Et premeret fractas extremo in littore turmas:
Aut ubi jam patrias victor remeabat ad urbes,
Fines regnorum lustrans, spatiumque relictum
Imperii, et longe campos lateque vacantes.
At nihil extructæ prosunt fausto omnine sedes,
Nil famæ ingressus læti, quum marte feroci
Dirum instant Dani; et, sæva dominante caterva,
Pristina supremi procumbit gloria sceptri.
Sed nunc surgentes arces, augustaque templa

Barbarus hostis habet; nunc dulcia limina pub
Exilio infelix mutat; cœptosque labores
Abrumpit medios, et inania deserit ausa.

Nec sedes iterum repetit consueta juventus,
Nec solito in cœtu, pietate accensa, patronis
Annua vota facit, meritosque instaurat honores
Dum sceptrum Henricus cepit, Gallosque rebel
Contudit, et placide rerum molitur habenas.
Nimirum hic heros, strato jam victor ab hoste,
Cristatam galeam gladiumque cruore rubentem
Suspendit senior: foliorum hic sæpe sub umbra
Lassatos bello jamdudum projicit artus.

Hic ille ætherii surgit sub lumina solis,
Olim qui Syrias Europam effudit in urbes;
Nec prius ad patrium permenso ex æquore portu
Legit vela redux, quam victor in arce Sionis
Eöum Angliaco tremefecit milite sceptrum.
Plurimus interea natali in litore vates
Carmine ductorem celebrat: lætum undique cani
Herbosæ valles atque Isidis accipit unda.

At neque adhuc sparsi certos novere Penates
Isicolæ, somnosve suo sub culmine carpunt,
Primus enim hanc arcem, hos altos longo ordine muros,
Edvardus condit, magnæque dat omina famæ.
Tum moles murorum altos divina Philippa
Attollit; non illa leves curare labores
Assueta, at teneras nudare ad vulnera mammas,
Fœmineaque arcum victrix intendere dextra.
Jam turres Rhedicyna effert in luminis auras,
Auratique apices adverso sole relucent.
Miratur longe spectacula celsa viator,
Ut veniens ruris vicino a limite colles
Exsuperat, cernitque arces in vallibus imis
Attolli, densisque exsurgere culmina sylvis.
Hinc sedes eadem constructas regia cura
Servavit, longumque dedit durare per ævum.
Sic quanquam interno distracta Britannia bello
Instruit adversas æquali marte phalanges;
Quanquam etiam sociorum iræ civiliaque arma

Antiquis patrias convellunt sedibus arces:
Hic tamen illæsas arces lucosque quietos
Cernere erat, lætam hic vallem camposque virentes
Luxuriemque soli: tantum valet alta locorum
Relligio, et sacræ custodia credita Musæ.
At res majores, pacem referentibus annis,
Incipit Henricus; viridique in margine ripæ
Tecta locat, murosque humenti limite claudit.
Necnon augustas arces molemque perennem
Ipsa Maria addit; felix, si pectoris æstus
Sedâsset Musa, et mentem in meliora tulisset!
Tu quoque carminibus nostris diceris, Elisa,
Regina Oceani: neque te, Jacobe, tacebo,
Quem sedes Pictorum humiles et parvula tellus
Imperium misêre in magnum: hinc scilicet omnes
Isicola assumpsit vires; hinc condidit urbem
Æternam, atque alte evexit super æthera famam.
Nec tamen immeritos tanta indulgentia regum
Excepit juvenes: quin Isidis accola mentem
Semper habet memorem, semper pietate fideli

Sceptra colit, vitamque ultro pro principe ponit.
Heu Carole infelix! sin oppida pauca tulissent
Auxilii tantum, quantum Rhedicyna, stetissent
Regna tibi immota; et solio securus ab alto
Spectâsses patriæ super ultima littora terræ
Gaudia proferri, ceu tota Britannia nuper
Undique lætitia, servato rege, fremebat.
At furor heu nimium vetuit: neve, optime, posses
Beatis placida populis dare jura senecta,
Nec tutum puero moriens transmittere sceptrum.
Ergo iterum immanis, mactato principe, victor
Revit in Oxonium: jam fusca per atria gliscit
Armorum fulgor, lituoque silentia late
Interpuntur; tectum interius placidosque recessus
Miles durus habet, qua, dum fortuna manebat,
Per longas soles divinum condere carmen
Assuêrant juvenes; aut tandem fessa labore
Curo dederant sub noctem corpora somno.
At simul ac hæres solio consedit avito,
Hospitium Isicolæ priscum lætasque revisunt

Musarum sedes, gelidosque ad flumina lucos.
Jamque senis tacitum pertentant gaudia pectus,
Ut dulces iterum longo post tempore fines
Antiquosque Lares cernit, notosque peragrat
Arvorum tractus, qua primæ in lumine vitæ
Errabat passim, atque horas ducebat inanes.
Nascitur hinc autem regum præclarior ordo,
Quæis turmæ centum contorquent spicula dextri
Centumque armatæ descendunt littore classes;
Quique et Phœbeos incendere corde furores,
Et vatum meritis accingere tempora palmis
Æquo instant studio; sic omnem attingere pa
Imperii, atque hederam flaventi innectere lau
Sæpius et princeps, Albis qui venit ab ora,
His subiit tectis: hæc læti porta theatri
Præclarum accepit natum: limenque per altu
Imperiis gravida, et magnis elata triumphis,
Anna tulit gressum: en, comitum ingredient
terva,
Intimus egregia locus enitet undique pompa!

l non ulla dies Rhedicynæ lætior ivit,
o cum per tractus urbis tu, maxime princeps!
ebas nuper, spectacula splendida rerum
as, celsasque arces, grandesque columnas,
les templorum, æquataque mœnia cœlo.
rerunt alii dulcem confundere pacem,
damque animæ tela inter tristia lucem
pere, et campos ingenti sternere cæde.
ritonum populos alias mollire per artes
sti, placidaque ad sidera surgere fama.
ce te, veras procudunt ære figuras
ea; vivi veniunt e marmore vultus;
amum pictor chartarum candida ducit
satia, et rerum mentitur arundine formas.
a molles effundit fistula voces,
uida mulcet dulcedine tibia mentem.
ee non alio, secreti sideris ignem
genæ monstrant, cum primum a gurgite ponti
it os cœlo, cursumque per ætheris oras,
lit, peragratque ignoti immensa profundi.

Et nunc Isicolæ majorem ad munera laudis
Concipiunt animum; atque ausis felicibus instant;
Aut medicas tractare herbas, sævamque cohortem
Pellere morborum, vitæque extendere metas:
Aut penitus cæci rationem exquirere cordis,
Et latebras animæ, atque altæ penetralia mentis.
Hactenus at frustra tentare Geörgius artes
Ingenuas, frustraque hinc magnum attollere nomen
Sperârat: gladii obstabant, clangorque tubarum,
Et moritura movens in pugnas agmina ductor.
Sed tandem jam pace Britannia fessa quievit,
Et placidi demum incipiunt procedere menses;
Jam tu, magne parens! Aluredi advectus ad aræ
Virtutem accendis juvenili in corde latentem;
Jam pubem exstimulat multæ spes æmula famæ
Præmia præcipiens jussorum certa laborum;
Cum tibi dira manus, fortunæ tempore in ipso,
Acta eheu! furiis, mortem meditatur:—ibi urbi
Venisset suprema dies, murique labâssent
Augusti, et priscæ cecidisset gloria musæ.

Rite ergo ingentes miscet Rhedicyna tumultus
Lætitiæ, in tantos fudit se rite triumphos.
Rite domos omnes et limina cuncta juventus
Deseruit; medias operas, studia omnia rupit,
Angliacumque pio circumdedit agmine patrem.
Quos tum animi sensus, summi socia inclyta sceptri!
Quam puros tacito volvis sub corde triumphos,
Gaudia dum spectas juvenum, ludosque viarum
Ingrederis, magnumque avida plausum accipis aure!
Nec tibi surgebat sincerior inde voluptas,
Advena cum nostri tetigisses æquoris oram;
Gensque tibi Britonum, pelagi glomerata per undas,
Adventum optabat, primosque ferebat honores,
Lætitia exultans cœtus: tu florea rura
Lustrabas, vallesque æterno vere virentes,
Flavasque arvorum messes, et pascua montis
Aëria, ac summo nascentes vertice sylvas.
O Fortunati! vos ergo antiqua subitis
Culmina; vos ævum solita ducetis in umbra.

Hic secura quies et dulcis musa manebit:
Hic veterum volvet juvenis monumenta virorum
Hic errans mediæ per amica silentia noctis,
Cum gelidus late resplendeat ignibus æther,
Monstrabit lunæ cursus et sidera cœli.
Nec tamen ad caras non sæpe Geörgius arces
Carpet iter; meritæque ostentans præmia palm
Accendet seros majora ad cœpta nepotes.

ARS CHEMIÆ.

ARS CHEMIÆ.

NDE homines varias artes, et commoda vitæ
ipiant; mille unde trahant arcentia morbos
rmaca lethiferos; qua vi convulsa ruina
etur natura gravi; mirandaque rerum
enta expediam—neque enim non præmia musæ
bio, et accendit sacræ spes æmula famæ.
eciduo nondum doctrina illuxerat orbi,
genus incultum causas exquirere rerum
ulerat, terræve imas aperire latebras.
cet impatiens dum gens invicta maneret
sibi, studio belli, martisque periclis
ibuit penitus, vitamque exercuit armis.
t qua thuriferas oriens exurit arenas
radio propiore, illic felicius artes

Rite colebat Arabs, procul et discordibus armis
Florentes herbas, et multis ignibus æra,
Argentumque etiam, et ferrum fornace coquebat.
En! operi impendet vasto, et nova mystica volvet
Continuo accumulat flammas atque anxius urget.
Quippe sibi intentato ausu, mistisque metallis
Rite, usu sero tandem, et conamine fausto
Sperabat fieri ingentis medicamen honoris,
Quo vitam morbo vacuam, et feliciter annos
Sponderet longos, ipsumque excuderet aurum.
Hos adeo exorsus, hæc tum primordia cepit
Chemica res; donec sensim discedere terris
Barbaries, lumenque novum fulgere per orbem.
Jamque homines dudum inculti mitescere, artem
Exercere novam, et multo miscere labore
Quicquid humus fundit facilis, latitatve sub imo
Telluris gremio, submersumve æquoris undis.
Hinc variæ venere artes, hinc commoda vitæ
Plurima, virtutesque herbarum, haustusque potes

id referam assiduo artifici quanta undique surgunt
regii adjumenta operis, seu munera cultæ
ta facit Veneri, rutilis seu mille pyropus
ndescens radiis, nitidusve politur achates?
magis ingenti cura, multoque labore
le vitri effingit species, quas igne corusco
sti fundunt silices, et tristis arena.
ætiam Tyrio qui tingit murice lanas,
c petit auxilium, croceo dum vellera fuco,
ibulas vario tingit medicamine vestes.
eve tibi interdum, pictor, sunt nulla petenda
moda, seu tabula insignes manus æmula formas
rimit, et varios tentas miscere colores:
majus moliris opus, vivasque figuras
ribis vitro, quales modo noster Apelles
o opere effinxit, decus, O Rhedycina, sacellis
ortale tuis, et cultæ gloria gentis!
las adeo artifici vires, hæc commoda præbet
micus, humanæ exaugens solamina vitæ.
enioso, eheu nimis! atque ignara futuri

Gens hominum, dum tela sibi, et Mavortia ferri
Arma ignota prius, sævoque pericula bello
Addidit, atque novum miseris patefecit Avernum.
Nec minus interea diræ fata aspera mortis,
Morborumque valet miseros mulcere dolores,
Luctantemque animam præsens leni arte morari.
Nempe novas præstat vires, et dulce ministrat
Auxilium, nimiis seu fervens ignibus adsit
Febris, seu gelidis quartana tremoribus artus
Excutiat, dirisve ægrum cruciatibus angat
Tarda podagra pedem, aut tacito serpentia more
Ulcera, vel toto descendens corpore pestis.
Ægra igitur molli perfundit membra sopore,
Et vario ardentes medicamine pectoris æstus
Summovet, et fractas reficit per corpora vires.
Idcirco campos, lateque virentia prata,
Et riguos peragrat saltus, ripasque salubres
Propter aquas, herbasque premit, succosque rep
Hinc varias olei species, hinc floris odorem
Elicit, et medicas vires, usumque potentem.

Quid ferâram acaciæ sudantes corpore succos,
Aut quos effundunt suaves spirantia odores
Cinnama, vel qui Peruviæ sub cortice sicco
Quinquinæ latitant, quo non præsentius ullum,
Arida si quando febris depascitur artus,
Auxilium venit, atque æstus avertit acerbos.
Sæpe etiam ingenti fornace occlusa metalla
Impiger exercet, plumbumque et pondera ferri
Immensa, et stannum lento facile igne liquescens.
Tum vero simul ac partes penetraverit omnes
Ignea vis, subito multas inducere formas
Aspicies, jamque in cineres resoluta nigrantes
Mutari, propriasque dehinc renovare figuras,
Atque iterum in veteres agitata resurgere formas.
Sæpe etiam multum prodest sejungere partes
Terrenas, quas quæque tenent animalia, et omne
Herbarum genus, et subjectis urere flammis.
Inde sales etenim elicias, acidosque sapores,
Et multum varii capias medicamen honoris.
Hinc etiam interdum magna mirum aëra cura

Chemicus expromit, quo rite putrentia mulcet
Membra ægri, pellitque invisum e corpore morbum
Hinc chalybe imbutos fontes, lymphasque valere
Pyrmonti referunt, adeo medicamine fœta
Terra ultro salubres offert quærentibus haustus.
Sæpe tamen multo magis admiranda recludens
Natura, immiscet diros agitata tumultus.
Ergo sulphureis spirare vaporibus auras
Cernimus, et tonitru multum metuenda corusco
Fulmina præcipitare, malisque tremoribus ægram
Tentari terram, et tumidum reboarier æquor.
Quippe etenim multosque lacus, atrasque cavernas
Intus habet tellus, et plena foramina vento,
Sulphuraque, et nitrum simul, igniferumque] riten:
Hæc ubi jam penitus calefecit fervida circum
Vis Phœbi, subito varias rarescere partes
Cernimus, et fumos rupti per montia hiatum,
Et longe lateque expelli ingentia saxa.
Cæruleum interea nigra caligine cœlum

Obdaci, et crebro circum per inane volare
Imbriferas nubes, et eodem tempore subtus
Triste solum mugire, atroque nigrescere fumo
Solem intercisum———
Omina dira mali, et certæ præsagia cladis.
Talis hyems ubi sæva furit fornacibus Ætna
Trinacrios populatur agros, atque omnia circum
Læta prius, vastat; talis vicina Vesevo
Arva premit pestis, talisque miserrima nuper
Lisboäm invasit, vastasque exinde ruinæ
Divitias dedit; inde homines trepidare; repenti
Concussu labefacta procul de sedibus imis
Tecta trahi, rapidis subito quæ mersa sub undis
Dira absorpserunt maria, aut patefacta voravit
Vorticibus terra, immanique accepit hiatu.
At tu tantorum, Rhedycina, ignara malorum
Usque adeo, et dudum meliori condita fato,
Has saltem aufugias clades, curisque soluta
Exquiras rerum causas; hinc altius arces

Et latebras terræ, et primordia quærere rerur

Dum præsens Rhedycina animat, dictisque v

Præceptisque animos stimulat, laudisque futu

Spe certa, et famæ hortatur venientis amore,

Pergite; sic crescent artes, sic vestra per om

Fama ævum, ad seros ibit cumulata nepotes.

POEMATA

PRÆMIIS CANCELLARII ACADEMICIS

DONATA,

ET

IN THEATRO SHELDONIANO

RECITATA.

VOL. II.

OXONII:

VENEUNT APUD J. MUNDAY; ET APUD LONGMAN, HURST, REES, ET ORME, LONDINI.

1810.

Typis J. Munday.

AD MECCAM RELIGIONIS CAUSA
SUSCEPTUM.

[redacted]

ER AD MECCAM RELIGIONIS CAUSA SUSCEPTUM.

JÆ populis Mahumeda suis præceperat olim
anda æternùm officia; et quo more, quotannis,
studio, variis diversæ e partibus orbis
r se coëant gentes, opulentaque Meccæ
ibra, et celebri stipent penetralia pompa,
ediam; quæ tanta adeo per sæcula perstet
gio in seros longum deducta nepotes.
ou etenim leve nomen habes, quæ cara Pro-
phetæ,
patria, imperiique audis sanctissima sedes,
ictata diu quamvis, atque ausa nefandis
m odiis vexare, adversaque bella movere,
reducem primis cumulabas Mecca triumphis.

Quinetiam, ni vana fides, tibi maximus hospes
Successit, profugus patriam cum numine fausto
Linqueret Abramus, tuaque inter mœnia fertur
Ipse aras posuisse novas, purisque litâsse
Ritibus, et magno cultum instaurâsse Jehovæ.
Ergo te sanctam ante alias, te rite colendam
Præstabat, regnique sui Mahumeda jubebat
Esse caput. Tibi rite ergo solennia gentes
Dona ferunt; tantum venerandi jussa Prophetæ,
Et pietas valet, et promissi gaudia cœli.

Contra autem quicunque tui neque limina temp
Intrârit supplex, neque humum semel ore sacrati
Attigerit; non sese illi cœlestia pandent
Ostia, non illum ridentes suaviter Horæ
Accipient venientem, et læta in sede locabunt;
Sed lacrymis scelus ille suum, tristique piabit
Supplicio, æternam in noctem, et pallentia mism
Tartara, nec valles Paradisi aditurus amœnas.

Ergo omnes idem ardor agit; jamque omnia c

cum

ittora — qua sese Byzantî regia moles
rigit, et late subjecti marmora ponti,
lomitamque Asiam Europes prospectat ab ora;—
rvere agros turba innumera, mistumque videbis
ùndi populum, et læto strepere undique plausu.
n aliter, quam si ipse viros in bella cieret
manides, strueretque aciem, quæ maxima sese
ieret, Catharina, tuis opponere cœptis,
issasque urbes, et rapta reposcere signa.
ec minor—indigenis quondam regnata tyrannis
a tollit Memphis caput, et monumenta priorum
ta virûm, antiquæ ostentat vestigia famæ,
ic Satrapæ imperiis, et sævo subdita Turcæ;—
ba coït; quos centum urbes, atque ultima misit
ica; queis lætas segetes, et ditia late
cua felici fœcundat flumine Nilus;
que feram Barcen, et magni nominis olim
enen, sterilesque colunt Mareotidos agros,
atamque urbem multo Ptolemaïda bello;
s Tripolis, vel quos Carthaginis aucta ruinis

Mœnia Tuneti, aut flavescens Tingis arista
Mittit, et Angliacam spectantia littora Calpen.
Accensi pietate omnes, fremituque secundo
Incedunt, tardoque ingens pede flectitur agme
Jamque et Erythræi supremo in littore ponti
Arsinoën, claro quam nomine regia pellex
Ornavit, jussitque suam Cleopatra vocari,
Prætereunt; montes Melanum quoque, et
Sinæ
Culmina, ubi Amramidæ quondam dum ar
regebat
Pastor, et Isacidum volvebat mente dolores,
Adfuit e cœlo præsens Deus; ipse vocantem
Audiit; ipse locum insolitis splendescere flam
Vidit, et ardentem manifesto Numine dumun
At neque per deserta phalanx Memphitica
Tendere, nec sacram properant contingere te
Ante peragratis Syriæ quam finibus, arma
Ferre, et per colles demum adventare propinc
Prospiciant Turcarum aciem, et socia agmina ju

Illa equidem multo stipata Satellite dudum,
Armorumque ferax graditur, totaque coacta
Secum Asia; vel quos Byzantius alluit arcto
Æquore, et opposita secernit Bosphorus ora;
Vel quos Euphrates fluviorum maximus inter
Volvitur, ingenti miscens cum Tigride fluctus
Ambiguos. Ipse in medio Dux agmine, claros
Enumerans a stirpe atavos, sanctumque Prophetam
Stemmatis auctorem, et viridem de more tiaram
Implicitus capiti, et magno se munere jactans,
Palantes cohibet turmas, et rite locatis
Undique præsidiis, et fido milite servat.
Qua vero in medio tantæ pars maxima pompæ,
Votivæ portantur opes, aurumque tapetesque,
Ipsius dona Othmanidæ: prætoria circum,
Densa magis glomerari acies, horrentibus hastis,
Tympanaque, et strepere assiduo resonantia pulsu
Æra; et vexillis fluitantibus intertexta,
Sanctum insigne, micant crescentis cornua Lunæ.
Vos altæ O Solymarum arces! vos sæpe superbam

Conspicitis pompam vestra inter mœnia duci.
Namque illos, spreto quantumvis Numine Christi
Relligio tamen ista tenet; sanctosque verentur
Prætеriisse locos temere, et juga celsa Sionis
Plena Deo quondam, et summo dilecta Jehovæ.

Mox ubi jam ulterius tendunt, jam mille labor
Tædia perpessi, et discrimina tanta viarum;
Hic vero trepidant animis, ubi vasta sine ullo
Hospitio immensi pandunt sese æquora campi,
Fœda situ informi, et congestis obruta arenis.
Illa ergo nec læta suo se gramine vestit;
Nec cultu, tellus, hominumque exercita curis,
Induit auratas, Cerealia munera, messes,
Aut viridem ramorum umbram: tam fervida cœl
Urit humum rabies, tanto impete tela diëi
Lucida, perpetuumque jubar puro æthere fundi
Arentesque siti torret sol igneus agros.

Infelix! quicunque istis se ignarus arenis
Credat, ubi infido, tanquam maria alta, tumultu
Fluctuat omne solum, et vestigia fallit euntis.

[illegible]esertim magno incumbat si turbine ventus,
[illegible]ulvereamque trahat, miscens late omnia, nubem.
[illegible]olvitur illa alte cœli sublata per auras,
[illegible]t sæpe errantes confusa strage catervas
[illegible]bruit, ingentique premit sub mole sepultas.
Quin et sæpe illic trans æquora lata citatis
ertur equis effrænis Arabs, aut cum alta soporem
[illegible]ox tulerit, prædæ cupidi rapiuntque feruntque
astra virûm; aut sepsere vias, et euntibus ultro
[illegible]pposuere acies, atque aspera prælia miscent.
Ergo omnis properanda via est; nec si obvia forte
[illegible]rodat se, tenui prorumpens gurgite lympha,
[illegible]rboribus circum, et muscoso cespite cincta;
[illegible]on tamen hic, licet herba virens invitet, et amnis
[illegible]urus aqua, et gelidæ texant umbracula palmæ,
[illegible]llam audent trahere ante moram, confinia Mecræ
[illegible]uam demum optata attigerint, metamque laborum.
Est locus aërii propter latera ardua montis,
Bederam indigenæ dicunt) ubi prima movebat

Prælia, et ibat ovans primis Mahumeda triumphis.
Nunc etiam lustrare locum juvat, omniaque ultro
Facta referre Ducis, totamque ex ordine pugnam.
Quanta hostes coiere manu, quam tenue Prophetæ
Agmen erat; stetit ille tamen, nomenque verendum
Extulit, alta sonans, Allæ; tum, pulvere jacto,
Occupat adversos hostes, ac devovet Orco.
Tum vero et referunt, medio in certamine, qualis
Ætheream prodens speciem, cœlestiaque arma,
Palantes ageret Gabriel magno impete turmas,
Et dira ultrici misceret prælia dextra.

Hinc primum ut turres, et sole micantia Mecca
Culmina, delubrique vident fastigia summi;
Solvunt se in lacrymas omnes, et quos sibi quisque
Intus habet scelerum stimulos, culpæque nefandæ
Jam tacita sub mente dolent, vestesque nitentes
Protenus, externæque adeo decora omnia formæ
Projiciunt, et membra nigro velantur amictu.
Tum pura purgantur aqua, et, de more, fluentem

Cæsariem ferro minuunt; deinde agmine facto
Incedunt; passim audiri suspiria ab imo
Ducta sinu, et tunsis resonantia pectora palmis.
Jamque adeo intrârunt urbem, temploque propinquant.
Quinquaginta aditus illi, centumque columnæ
Ex solido stant ære, illas argentea circum
Volvitur, et nodis ambit capita alta catena.
Cum rutilæ fulvo dependent lampades auro.
Ipsa autem, tanta quanquam septa undique mole,
Parva ipsa, et simplex, et nullo splendida luxu,
Sat sacrata domus; sed quæ sibi nomen Abrami
Vindicat, auctoremque Deum: nec sanctior ulla
Religio est Mahumeda tuis, nec quam magis isti
Votum metuunt conceptis poscere verbis,
Ambiguaque fide, et perjura fallere lingua.
Ergo ubi jam admissam excepit vasta area turbam,
Illectam venerantur humum, et ferventia figunt
Oscula parietibus: tum summi in culmine tecti
Adducunt nigros, solennia dona, tapetas.

Ipse olim quales, antiqua ex urbe Damasci
Misit Omar, quales, dum res et fata sinebant,
Pollentes opibus Pharii misêre tyranni,
Inclyta progenies Fatimæ ; nunc maximus ista
Jura habet Othmanides, solium magno omine
mans,
Et sanctum imperii pignus sibi vindicat uni.
Tum passim sternuntur humi, et ter voce
cantes
Alla, colunt ; solus nutu qui temperat orbem,
Sincerumque Deum, purosque Unius honores.
Inde decus Mahumeda tuum, et tua carmine d
Rite ministeria ; ut lectum Deus ipse Propheta
Per medios hostes, per tanta pericula belli
Sustulerit, demumque æterna in pace locârit.
" Tu solus penetrare polum, et spatia ultima c
Tu super Angelicis cinctos custodibus orbes
Tendere iter potuisti, et puro in fonte lavari,
Et scelerum ad terras abluta labe remitti.
Tu quoque læta potes venturæ gaudia vitæ,

Cœlorumque arces, sedesque aperire beatas.
Dulcis ibi requies, et molli stratus in herba
Somnus, et egelidis placidæ in convallibus umbræ;
Alta domus, lautæque epulæ, et madentia fusis
Vina favis; trepido miscens ibi murmura lapsu
Lactea purpureos interstrepit unda lapillos.
Quin sese fidam, roseo suffusa pudore,
Accinget lateri comitem, amplexuque fovebit
Ambrosio, et teneros virgo spirabit amores.
Hæc adeo, hæc turpes tangentia præmia sensus
Sollicitus, stimulisque animos haud mollibus urgens,
Terrarum Mahumeda æqua plus parte triumphat.
Atqui non tali studio, nec ritibus istis,
Integra se jactat pietas; neque inania nobis
Tu, Christe, officia, et tantum cumulanda superbis
Muneribus templa, et steriles vano ordine pompas,
Mandasti! Tibi firma fides, Tibi criminis expers
Vita placet, puroque incoctum pectus honesto!
Ergo Te, natumque Deo, soliique Paterni

Participem, humano commistum corpore
Te memores colimus! Tu nostram, Maxim
Victima, morte luis! Tu nobis, Sanguine
Sola Salus, sola amissi Spes reddita cœli!

HOWARDUS HUMANITATIS CAUSA
PEREGRINANS.

HOWARDUS HUMANITATIS CAUSA PEREGRINANS.

UM vexata odiis, late se Europa tumultu
scet, et armatas vocat in certamina gentes,
procul a patria, per cæcas carceris umbras,
que domos morbi, fœdæque cubilia pestis,
gnum opus, instauras cœptos, Howarde! labores,
dilioque foves miseros, studioque paterno.
'o fortunati! queis læto lumine soles
petui rident, vacua et queis otia curæ,
mala solicitæ subierunt tædia vitæ;
ad fragrantes lucos, et ditia rura
ditis Hesperiæ; seu jam spirantia saxa
diacæ monumenta manus, calamique labores,
ue inhiare vacat peritura insignia famæ.
etiam illustres umbræ! queis missa per undas

Ausa ratis penetrare plagas, atque ultima vas
Regna maris, nullisque prius sulcata carinis;
Quique adeo in gentes, placida sub pace, qu
Ante expectatum, insidias, lethumque, famen
Immeritos morbos, ignotaque tela tulistis;
Respicite Howardum!—moles non ille super
Quas circum ostentat fœcundo in margine Ni
Obstupuit, viridive Academi stratus in umbr
Captavit faciles Ilissi ad murmura Musas;
Ille neque armatos, " vires indutus et iras,"
Sub pedibus stravit violento Marte tyrannos,
Aut impune armis trepidantem exterruit orb
At majora movens, sub formidabilis antri
Claustra, hyemes metuens qua se subduxit E
Tristis, et ægra Fames moriens spe absistit i
Nusquam ille erubuit miseris avertere curas
Solando, et placide lugubrem audire querela
Scilicet humanos humano corde dolores,
Et quot inulta diu sensisset verbera fati
Pauperies, et quanta ægris mortalibus insten

Agmina morborum, et sævi discrimina lethi,
ecum agitans miserum jamdudum Howardus in
orbem
argus opem auxilii, et mites diffudit amores.
Nimirum obscuri munimina carceris arcta
rnere erat quondam, et nigris immersa tenebris
ibter humum horrendi longe penetralia claustri;
ieis neque nascentis subtilior aura diëi
aviter aspirans Zephyros induxit amicos,
it matutina Sol lampade dispulit umbras;
: tristes morbi, primoque in limine febres
sedere fores, et fœda vaporibus intra
cubuit macies, et livida pestis imago.
iinetiam egelidum si quis detrusus in antrum
e commissa luat, non illi debita cœli
unera, nec varias, quot mittit prodiga tellus,
irpere opes datur; illi nec diffusa rubescit
re salus ægro, aut hilaris nova gratia vultus.
ec minus invalidæ sæva inclementia fati
icumbit vitæ, si qua domus hospita pestes

Excipiat tetras, vastoque recondat in alveo.
Sæpe illic putres uno sub fornice morbi
Complexu in misero recubant, nec purior aër
Se sensim insinuans humorem expellit inertem,
Immundosque fugat, vento impendente, vapores.
Ergo ubi in Europam ultrices accenderat iras
Anglia, et impune telis tremefecerat orbem,
Ecce! per infensas, nullo discrimine, gentes
Ibat, opus meditans, et se ultro credidit hosti.
Scilicet horrendi lustravit carceris arcas,
Murorumque minas, tardis quas alluit undis
Sequana longinquo prorepens turbida ponto.
Ter tentare aditus, vigiles ter fallere furtim
Excubias, frustraque ausus penetrare recessus;
Jam vero ipsa domus secreta, atque intima clau
Atria, et effossi subtus spatia ampla barathri,
Pandit, et immanem evertit vi Gallia molem:
Tantus amor patriæ, nimiique injuria sceptri!
Quinetiam ulterius rigido porrecta sub axe
Arva, et Norvegii glacialia littora ponti.

ustravit, Codanique undantes ilice rupes,
t late, Catharina, tuo quæ subdita sceptro,
ropter hyperboreum tendunt regna ultima cœlum.
se etenim auxilium cæco sub carceris antro
æsena porrexit, cum fœmineos ululatus
udiit attonitus, laceratasque terga flagello
idit, et indigno laniatum vulnere pectus.
Nec procul Austriaci qua circum regia moles
anubii ad ripas alte capita ardua jactat,
uæ tibi erant lacrymæ, vel quanti, Howarde, dolores,
osque dabas gemitus! cum subtus tracta sonare
ncula, et immanes longe immugire cavernæ.
picis? an falsa percussit imagine mentem
rrendi formido loci? per fornicis umbras
! muro affixum clavis, stratumque sub antro
mbra, senem cerno, cui tristi squalida vultu
t macies, sævisque urgens cruciatibus angor;
m gelida exsangues quartana tremoribus artus
que quatit, siccis et faucibus arcta silet vox.

Heu miserande senex! cui mors lapsura mini
Tela diu, retinetque optatos sævior ictus,
At tibi confecto morbis, et vana gementi,
Hoc solamen erat cum longis Hospes ab oris
Indoleat miserans casum, lacrymasque rigen
Abstergat vultu, et curis respondeat ægris.
Hactenus informes thalamos, et nullius an
Visa oculis, fœdo late loca lurida tabo,
Et tristes sine sole ausus penetrare tenebras
Aut miseris ultro vitæ solatia dulcis,
Parva licet, fractamque adeo renovare salute
Tentavit solus; subito cum cautior arctas
Roma fores clausit, sævasque tyrannidis arce
Et magna ora domus vigil observavit in armis
At mihi si liceat latebras impune silentes
Pandere, et in cœcis intus spatiarier umbris,
Continuo exsangues tenebrosa per atria Mani
Huc illuc trepidare metu, passimque videbis
Sedibus in vacuis "atræ formidinis ora."
Infelix! quicunque incuset jura tyranni

Infesti, aut voces spargat male cautus iniquas:
Continuo impubes natos, atque oscula caræ
Conjugis, et dulces, nunquam rediturus, amicos,
Linquat, et invisam subeat conterritus ædem.
Ecce impacatas passurum vindicis iras
Judicis, et penitus tædæ sub luce maligna,
Concilium horrendum aspicio, cædisque ministros.
Heu! distentum uncis, triplicique tenacia nodo
Vincla premunt, et torti immensa volumina ferri
Tum pœnas tentare acres, tum mille nocendi
Inventa, et misero juvat indulgere dolori.
Jamque operi incumbunt: lacerum pars forcipe pectus
Pandenti evellunt, fusum pars effera plumbum,
Triste ministerium! liquefactaque sulphura venis
Continuo infundunt, flammisque sequacibus instant.
Et convulsa tremunt membra! ut suspiria ab alto
Interdum erumpunt! ut crebro incertus inusto
Corpore stat sudor, concretæ et sanguine guttæ!
Nec tamen hos nulla lugubres mente labores

Suscipit Howardus, nec vitam exercet inanem:
Ipse adeo rediens, melioris fœdera regni
Observata diu, et memori sub mente reposta,
Transtulit in patriam, proprioque instructus ab usu
Edocuit sævas quæ tandem leniat iras
Mitior, et ferro pacis subnectat olivam
Justitia, humani non unquam oblita doloris.
Quid jam felices fausto sub numine curas
Commemorem, aut varias, quot circum providus auctor
Propter aquæ rivos, latisque in collibus, ædes
Carceris instituat, tepidis ubi pervia ventis
Porticus, et claustri late spatia ampla patentis
Nascentem excipiant solem, Zephyrosque salubres?
Hinc etenim apricos diffusilis aura recessus
Pervolat, et tetram, si forte, exhalet odorem
Fœda modo, in tenues abeat resoluta apores.
Nec minus interea civilis munera vitæ
Exercens, mores animorum, atque aspera corda
Rettulit in melius; nec tantum optata salutis

na dare, et varias artes usumque medendi
taurare juvat, morbique recludere fontes.
o quem tardas ducentem ignavius horas
eris, et quondam immemorem mortisque metus-
que
nonum illecebris ingratos fallere soles,
i scelus ille suum solus sub fornice secum
lvit tacite, mediaque insomnis in hora
curæ noctis, cum nec vox ulla per auras
litur vacuas, graviter suspiria ducens
gat usque torum lacrymis, et sæpe susurros
ios audit, seque ultro exterritus horret.
i illi secura quies, nec nescia curæ
nia aget, donec paulatim criminis intus
itur labes, fœdoque in pectore sordes
ncretæ, et veteris pereunt vestigia culpæ.
it jam supremo tandem sub fine laboris,
maris et cœli tot tempestatibus actam
fragilem terra poterat defigere proram;

Ni miseræ vellet peregrino in littore genti
Sufficere auxilium, totumque amplectier orbem.
Ergo iterum Europæ fines, atque ultima Turcæ
Regna, atque Euxini collustrans littora ponti,
Dat vela Oceano, tumidique Borysthenis ora
Transit, et excelsæ tandem juga Chersonesi.
Heu! miser! hybernis quicunque elapsus ab undis
Naufragus, huic olim terræ succederet hospes:
Continuo infestam Triviæ virginis iram
Victima morte luat; tibi, in isto littore, Orestes,
Nil valuere preces, cum sacrum cæde sacerdos
Inscia fraterna jamjam fœdaverit ensem.

At vero Howardum sævi inclementia cœli
Nulla movet, non qua vastis Mœötidos undis
Pestifero incumbens spiramine lethifer æstus
Corruit, et lætis afflat contagia terris.
Ipse ergo purus, tetros qua plurima morbos
Pestis agit, vel qua turbam domus alma benigne
Accipit hospitio, putres abstergere sordes

Parietibus, bibulaque immundos calce vapores
Abluere, aut potius fumos prætendere aceti
Admonet, atque ægros jubet hanc sperare salutem.
Jamque acres mortis stimulos, et acerba maligni
Semina contuderit (sinerent fata aspera) morbi,
Atque ægra assuetos revocârit in ora decores;
Cum tales volvens curas, atque ipse, potentes,
Suppeditans succos herbarum, haustusque salubres
Concidit, et moriens opera interrupta relinquit.
Heu frustra quæsitæ artes! "Medicina timore
Ambiguo mussat," tanto impete pectus anhelum
Circumagitur morbi rabies, lethique premit vis.
Salve sancta anima! ætherias quæ luminis oras,
Et penetrare potes manifesto numine sedem
Æternam, et cœli, superis immista, recessus.
Felix ante alios, cui tot præclara moventi
Munera, tot mites obeunti, Howarde, labores,
Contigit oppetere, et tam pulchro occumbere fato!
At neque sola tibi, jam tali orbata Parente
Absenti exsequias solvit, studioque fideli

Rite sepulchrales ducit Britannia pompas;
Jam memor usque tui communem Europa p
Ingemit, atque lubens (cum tandem nec pud
Ille tuus vetet) emeritos instaurat honores.

Ast o! si Britones tanti primordia cœpti
Ulla movent, magnæque urget spes æmula
Sit saltem dulci captus pietatis amore,
Qui læto augurio, et felici numine duram
Audeat ire viam, qua tu, moliminis auctor,
Anteis, et lapso valeat succurrere sæclo.
Sic veniet demum fatis melioribus ævum
Lætius, atque iterum notis in montibus Afer
Rura colet propria, et patrio dominabitur ar

HORTUS ANGLICUS.

HORTUS ANGLICUS.

QUÆ cura Angliacos tandem exornaverit hortos,
Natura monstrante viam; quæ reddita sylvis
Gratia; quo in melius cultæ, quibus artibus auctæ
Deliciæ villarum, et læti ruris honores,
Expediam; cum prisca adeo cultura recessit
Paulatim, et veteris pereunt vestigia formæ.
Scilicet obscuris stabant in vallibus olim
Antiquæ proavorum ædes; tum plurima sylva
Desuper, et multos longum servata per annos,
Nigranti picea, taxique horrentibus umbris,
Claudebat circum, et Zephyros arcebat amœnos.
Quin ibi gramineo congestas aggere moles
Nimirum, et certis dimensum partibus æquor
Cernere erat, tristesque aditus, atque ordine longo

Ulmorum seriem, textisque umbracula ramis.
Præterea ingenti spatio porrecta jacebat
Tarda palus, valloque ibi circumfusa tenebant
Stagna locum, hinc tetri gelida sub nocte vapores,
Limosaque unda spissaque uligine pasti,
Per thalamos late atque humentis limina tecti
Volvere se, nebulaque domos amplectier atra.
Quid si quis vario distinctas ordine terras
Inspexisse velit, certasque exquirere formas,
Naturæque sequi leges; tum se nova passim
Continuo rerum ante oculos attollat imago:
Tum pulchræ auspiciis surgant majoribus ædes
Extemplo, et dulces lætis in sedibus horti
Pandant se subito, et cultu meliore nitescant.
Quippe illa ingentes excelso culmine montes
Et densas sylvarum umbras, collesque supinos
Ostendit, liquidosque lacus, pelagusque profundo
Illa quidem virides felici gramine campos,
Et nemora, et saltus, sparsisque intersita dumis
Pascua, et errantes placidis in vallibus amnes.

Ergo etiam has leges, hæc tanta exempla, secutus
te nova cultor tandem, insolitoque labore,
gnum opus aggreditur, cœptisque ingentibus
instat.
rincipio veteres lucos et opaca parentum
litur ferro nemora, et concedere retro
erat; hinc late spatioso ut limite campus
ipiat solem, et fœcundis imbribus aucta
pureos adeo flores et gramina tellus
dat humi facile, et viridi se vestiat herba.
uga summa idem, et celsi latera ardua montis
enti ramorum umbra, densisque coronat
oribus, quoniam sublimi in vertice longe,
ctanti pulchram speciem variosque colores
iciant validis agitata cacumina ventis.
arte alia tepidos si qua conversus in Austros
lis amet facili sese demittere clivo;
nemus extendit late, et nascentia primum
gulta, ac ramos ima de stirpe fluentes
ipescit ferro, spinasque evellit inertes;

Inter enim labens, Zephyris spirantibus, aura
Sic puro subeat spatio, Phœbique calores
Temperet æstivos, et leni mulceat umbram
Frigore; tum lævos interlucentia truncos
Rura hinc prospicias sparsim, vicinaque tecta
Villarum, atque humili surgentem a culmine fum

Interea ante domos primisque in sedibus hort
Eligitur locus; hybernæ qua tædia brumæ
Fallenti et segnes ducenti ignavius horas
Aggere in aprico spatiari, auraſque salubres
Accipere, et vernos liceat præsumere soles.
Scilicet hinc liber pateat prospectus ab omni
Parte loci, hic passim nitidis instrata lapillis
Inter odoratis consertam floribus herbam
Semita signet humum, et sinuoso tramite curra
Quin varios etiam vicino in margine callis
Miscebis circum frutices, omnemque notabis
Arte locum, et foliis quæ sunt discrimina cunc
Sic positi inter se mistos variare colores,
Innumeri ut possint fœtus, quot olentia late

ista, et semper frondes induta recentes;
uaves Arabum sylvæ, saltusve profundi
ioæ, et nostris immiserit India terris.
irides lauri, et rubris lætissima baccis
tus, et quæ se foliis bicoloribus alte
it; et ramos rhododaphne extendit olentes.
t phylliriæ, et læti prænuncia veris
leis syringa comis, hic flore ligustrum
rreo, et socias amplexa tenaciter ulmos
the suaves circum diffundit odores.
d memorem arboreos fœtus, quos cultor habendos
pue quærit, miroque exposcit amore?
e ab Eöis veniens pulcherrima sylvis
idit platanus frondes, stratosque per herbam
git hospitio, et large superemineat umbra.
obusta larix, quæ circum plurima sese
:it Alpinos apices, quæque ardua longe
o gaudens fluvio crassaque palude
ni magnum prætexit populus amnem.
etiam hic patriis abies in montibus olim

Extremo subjecta polo et borealibus Austris;
Ergo non hyemes illam non frigora cœli
Ulla premunt, valida quamvis agitata procella
Nimirum, et sævis vexata Aquilonibus hæret
Læta solo sterili et ventos contemnit inanes.
Hic ulmi, tiliæque et quæ magis omnibus una
Indigenam sese jactat, frondosaque cœlo
Attollit capita et longum stat quercus in ævum.
Necnon et patulis texant umbracula ramis
Castaneæ viridis, et lævi cortice fagus;
Non alia aut se vere novo viridantior arbos
Induit in florem, autumni vel frigore primo
Formosos adeo variata fronde colores
Explicat, et sylvas flaventi lumine vestit.
Quales sæpe suo pendentes desuper amni
In ripis spectat Thamesis, fluvioque sereno
Alluit, et puris placide interlabitur undis.
Nec minus interea superat pars altera curæ
Irriguos passim fontes et viva per agros
Flumina sufficere, et latices præbere recentes.

Ve cadens læves tophos atque illita musco
xa super, tenui decurrat murmure rivus
erbosam in vallem, puraque rosaria lympha
iget, aut ripis secreta parte sub altis
rnat aquas tacite, atque unda subsistat inerti;
i procul in medio sinuosis flexibus amnis
erat iter, largoque humectet flumine campos;
em tandem oppositus supremo in limite callis
jectu laterum tegat, aut densissima sylva
cipiat venientem, et opacis occulat umbris.
At qua fœda situ jampridem ulvaque palustri
igna jacent, alto quæ colles undique vallo
ludunt circum, et densæ nigra ilice sylvæ,
e adeo fluvios, et collectum agmen aquarum
ducit, ripisque ima tellure cavatis
t spatium pelago, et fluctus vasto excipit alveo.
ilicet hic sero errantem sub vespere sæpe
aviter aspirans Zephyrus lenesque susurri
ntorum, et cœlo tempestas pura sereno,
vitent melius; tum sole micantia saxa

Occiduo, et sylvas tremula sub luce coruscas
Spectanti, placidique lacus spatia ampla tuent
Expleri nequeunt oculi; et nova gaudia sensu
Mulcent, ingentique animum dulcedine tangi
Præsertim si forte alto de culmine saxi
Projectæ jamdudum arces, et mœnia bello
Fracta olim immineant; aut si qua in valle vi
Quas sibi Religio quondam sacraverit ædes,
Delubra antiquæ jam nunc vestigia famæ
Ostendant;—adeo veterum monumenta viror
Fataque, fortunasque, eversaque nomina rerv
Respicere, et tacito juvat indulgere dolori.
Quid referam quale officium manus æmula
Artificis super, atque operum adjumenta mi
Scilicet hic valles inter, sylvasque silentes,
Egregias saxo sedes, et templa columnis
Marmoreis ponit, spatio qua porticus amplo
Excipiat ventos, medioque errantibus æstu
Sufficiat molles umbras, tacitosque recessus;
Hic etiam vivum pendenti pumice tectum,

Nympharumque domos, gelidisque sedilia in antris
Propter aquam ;—manet e cunctis labor ultimus ille,
Et rura hos cultus poscunt ornanda supremos.
Has nimirum artes, hortisque hanc prima colendis
Invenisse viam, et penitus recludere fontes
Ausa novos, sese ante omnes pulcherrima tellus
Extulit, et propriam sibi vindicat Anglia laudem.
Nec vero Hispanûm sylvæ, nec Gallia tantum
Se tollit fama ; nec jam ditissima tellus
Ausoniæ, quamvis gravidis vineta racemis
Ostentet late, et pingui se jactet oliva ;
Purpureo quamvis ibi semper lumine campos
Vestiat, ac pura regnet sol aureus æthra.
Ergo etiam (nec vana fides) hæc cura colendi
Cum jam per terras perfecta increverit arte,
Vos rura, Angligenæ, tandem, villasque paternas,
Vos proavûm sedes, atque arva antiqua coletis
Tutius, et longos læti sperabitis annos.
Quippe umbra cedente magis, sylvisque recisis
Hinc illinc, campis sic nempe salubrior aura

Succedat, penetransque Auster per aperta meatus
Humentes nebulas citius tetrosque vapores
Expellat flabris, atque aëra verret inertem.
Ipse etiam variis redolens tot floribus hortus,
Et succum arboreo sudantem e cortice miscens,
Spirabit, suavesque in ventum sparget odores.

Præterea dum rura oculis pulcherrima sæpe
Lustrare, et lætos spectare assuescitis hortos;
Jucundo hinc animus visu mitescere discet
Sensim, atque in pulchras se accinget prompti artes:
Hinc porro teneri luctus, lachrymæque volentes,
Pectoraque alterius secum miserata dolores.
Hinc etiam fugient insanæ turbida mentis
Gaudia, et irarum sedato corde tumultus,
Atque auri malesuada fames, et fœda libido.
Tum placidi demum subeant præcordia sensus,
Castus amor, sanctique ignes, et firma sereni
Pax animi, et pura innocuo sub pectore virtus.

Scilicet hoc ritu Paradisi in vallibus olim

lamus vixit, felixque beata peregit
:cula ; cum bacca nemorum nutritus et herba
:geret incolumis, morbique et funeris expers
agrantem Zephyrum ambrosiosque hauriret odores.
:cdum ille illecebris scelerum jam hostisque ma-
ligni
aserat insidiis, animoque exceperat ægro
ccati labem, atque æternæ semina culpæ.



ARIA SCOTORUM REGINA.

MARIA SCOTORUM REGINA.

QUO disrepta feror? neque erit concessa voluptas
longe patriis mihi, Gallia, dulcior oris,
rursus rursus complectier? hac vice saltem
fruar—heu gratæ æternum memoranda Mariæ,
ernum deflenda, vale! vale, hospita tellus!
ruptæ ante diem felicis fœdera tædæ!"
Talia jactabat lacrymans, projectaque puppi,
a oculorum acie, fugientis littora terræ
ıtabat, cum jam puero viduata marito
esta Caledonias Regina reviseret oras.
Ieu veros nimium volvebat præscia luctus!
ıc etenim facilis spretas abrumpere leges
ıtia erat, raptisque instare minaciter armis.
andævi patres, in jurgia sæva parati,

Miscebant pugnas, famulosque in bella ciebant:
Inde ordo juvenum, patriæ non immemor iræ,
Succedit bello, atque odium immortale tuetur.
Tum nova religio, progressu insana, parentum
Turbârat cineres, stratis insistere fanis
Gaudens, et veterum numen violâsse locorum.
Illa quidem rabidas cultu mitescere mentes
Haud docet, aut vetitos sensim subsidere motus
Irarum, pacante Deo—gens inde cruentas
Promptior in furias, sævos dum suscitat ignes
Antistes sacer, atque in templis provocat hostem.
Ecce Maria venit nondum his vexata procellis;
Aptior ad noctem festas agitare choreas,
Quam procerum occursare minis; nec fœmina nôrat
Legis inexpertam ferro compescere gentem.
Felix virginea cum circumfusa corona,
Læta theatrali plausu, studiisque faventum
Prodiret, meritasque sonaret Sequana laudes.
Quis tamen, o nimiis fatorum obnoxia damnis!
Pandat inexpletam seriem, Regina, malorum!

quo, capta oculos splendentis imagine formæ
gliaco infaustas repetisti conjuge tædas.
e potens titulis, et regum sanguine clarus,
c, si qua eximio spes aut fiducia vultu,
agnanimis indignus avis—sed inania recti
ctora, sed turpe ingenium, malesuadaque honorum
mbitio; sordent illi concessa, negata
unera suspiranti, et adhuc majora petenti.
c mora, quin cordis prodat natura venenum.
ce calens dubio, sociis hortantibus, æstu,
galem gladiis cingit sicarius aulam,
temerat penetrale domus; galeata furentis
pat turba latus; Te, Te, mucronibus urgent,
iem, levis artificem cantus, citharæque magistrum
isit ab Italica lævo sors numine Sagra.
dit sanguinea septum Regina caterva,
rmorumque minas, maculataque limina tabo,
bversosque sibi tremefacta expalluit enses.

Ulla dies odiis absolvet vindicis ævi,
Ni gravior posthac luctus, scelerisque alieni
Horror, fulmineus cum te quoque straverit ictu
Forte tuam occultet majori in crimine noxam.
Quis tamen illius cladis, quis perditus auctor
Diri agitans animo movit primordia cœpti?
O facilis populos, et credula fallere sæcla,
Nec bene adhuc miseræ, frater depresse, soro
Fons et causa mali! pietatem fronte serenans
Tartara sub gremio fovisti, animamque capaci
Eumenidum; scelerata audax fastigia rerum
Affectare manu, nec diræ parcere fraudi.
Civili gaudens rabie conflare procellas,
Quæ patrias odiis immiscent tristibus urbes.

fert se socium, et cœptis immanibus instat,
ueim cæca in furias dementia adegit amoris,
eginæ illicitos ausum sperare hymenæos.
Jamque adeo obsessa regis statuere sub aula
Lethales taciti insidias, secreta cavantes
Fundamenta domus; tum claustra ingentia complent
Excidii strue flammiferi, accenduntque cavernas.
Emicat ignis edax multa vi fusus in auras,
Et ruptam tremefecit humum; quo percita motu
Mœnia dissiluere, ruunt compage soluta
Fulminis acta modo volitantia turbine saxa.
At tanti ignarus sceleris, somnoque sepultus
Jam medio, princeps correptus in æthera flamma
Volvitur, attonitæque jacet spectabile genti
Integrum leto horribili, et sine vulnere corpus.
Protenus avulsis sese in contraria scindunt
Fœderibus, solo compactæ fœdere, partes.
Frater abit, paulumque iram fletusque remittit;
At procus, amenti flammarum percitus æstu,
Sollicitat dictis temere; mox sævior armis

Correptam premit, et frustra renuente Maria
Vi potitur. Tulit hoc populi patientia inultum?
Nec lateri exsiliens vindex incanduit ensis?
Magnum et turpe nefas! qua non indignior unq
Sceptrigerum solii tabes infecit honorem.
Quid faceret, gladiis et milite septa cruento?
Quo desperatam peteret deserta salutem?
Dissimulare ingens, nec jam reparabile, dámnum
Cogitur, et læsam prætexere nomine famam.
Tendit nupta faces multum indignata coactas.
Interea ambiguas frater diffundere voces
In populum, et dictis suspensum accendere vulg
Mox accita manus rapto temeraria ferro
Fractura imperium sævit; fugit agmina raptor
Juncta sibi et socios eludit conscius hostes.
Te, tanti immerito pœnas luitura furoris,
Exutam solio, et plebis convicia passam,
Turrita includunt latebra, quam saxea circum
Limina, murorumque minæ, scopulique tuentu
Diffusaque lacus cingit circumfluus unda.

Sed casta egregiæ juvenem reverentia formæ,
Regalisque dolor, lachrymæque indigna ferentis,
Ad cœptum impulerunt longo memorabile sæclo.
Nox fœcunda dolis multa descenderat umbra.
Ille ardens animis, et læsæ virginis ultor,
Attollit portarum obices, et ferrea laxat
Ostia; concessam agnovit regina salutem
Erepta excubiis; profugos ad littora furtim
Cymba capit; spumante palus strepit eruta sulco,
Impactoque pavent resonantes verbere remos.
Arridet fortuna fugæ; studioque fideli
Cingit amica cohors expôstam littore tuto.
Lux micat afflictæ brevis et peritura Mariæ.
Qualis cum multa fœcundus Aprilis aquarum
Nocte diem super obduxit; si forte relucens
Scindat sol piceum rutilantibus aëra telis,
Arva nitent renovata, redit sua gratia ruri;
Mox coëunt discussa occulto nubila sudo,
Et furit ingeminans aucta caligine nimbus.
O utinam extremos casus atque ultima vitæ

Possit ab annorum fastis abolere vetustas
Immemor, ut fraudis tandem vestigia nostræ,
Et patrii æternum pereant monumenta pudoris.
Tempore quo, fractis opibus, cladisque ruina
Territa, fraterno cessit regina triumpho,
Tentatura fidem Angliacam, permissaque Elizæ
Hospitia—illa etenim, cum jam civilibus armis
Discerpta ambiguum nutriret Scotia martem,
Se belli intulerat mediam, et promiserat ultro,
Si fugiat, tutaque velit consistere terra,
Perfugium venienti et opes jactaret amicas.
Heu! quid amicitiæ tantus subtexitur astus!
Quis fando mala longa fugæ, quis ferrea pandat
Hospitia, ingentesque dolos? quibus excita curis
In regale caput, furiata rebellibus iris,
Ipsa sui sceleris conversa crimina culpæ
Jactârit fraterna cohors? quis fœda recludat
Judicia, et dictam non æquo judice causam,
Vanaque fallacis referat chirographa chartæ?
Inde ingens auctumque odium, reditusque negati—

is denum exegit tardis sol mensibus orbem,
x quo inter tenebras vigili circumdata ferro,
itam afflicta trahit, dum sævior hostibus ira
gruat, insanisque metu, trepidisque futuro
ndice, ni properent exosam abrumpere vitam,
miseræ nece conceptos abolere timores.
inc labes impressa mali, pavidisque tremenda
ntibus, et memori nocitura nepotibus ævo,
blica regali temerata est cæde securis.
eu quianam victrix (cum tandem ingloria ponto
ederet, et gemeret fractas Hispania classes)
nto virgineas maculavit crimine laurus?
t regnet, partoque incedat læta triumpho,
ando ita fortunæ placitum est; præconia laudis
auriat immeritæ, stratoque reclinis in ostro
pia sollicitet fugientes lumina somnos.
t tibi, læsa, mori, majestatemque doloris
t solii servare decus, perituraque vanum
espectare nefas, majorque in morte videri.

LUDI SCENICI.

LUDI SCENICI

RRECTOS animi mira dulcedine sensus
ctere, mœrores suaves excire tumultus
magica, et vitæ anteactæ sub imagine viva
ipsos revocare dies, hoc muneris, Hellas!
ine tui est, sic Cecropiæ spectacula scenæ
u nigra veneranda stola grandique cothurno
elpomene incessit lente, aut lasciva Thalia
sit amabiliter). Cephisi flumina propter
ire avida indigena atque oculis mirantibus hausit,
mpore quo primum agrestis per rura juventus
acto jam læta die, atque oblita laborum
ici incompositos vidit sub Thespide ludos.
s autem, vos tandem altæ potuistis Athenæ
os humiles, pastorum inter festa otia, lusus,

Nascentisque adeo rudia incunabila scenæ
Mutare in melius, majestatemque cothurni
Præcipere, et socias paulatim adhibere choreas
Arte nova, et dulces liquido modulamine cantus,
Ornatusque graves, longoque ex ordine pompas.
Jamque et Pentelicis surgebat fulta columnis,
Quæ centum daret hospitium, sedemque Camœnis
Digna domus—testor fœdo quæ in pulvere fœdæ
Antiquæ monumenta jacent, ingentia testor
Marmora, Cecropii quondam decora alta theatri.
O magna Heroüm nutrix, sanctissima sedes!
Urbs armis opibusque potens, lateque subacto
Nobilitata mari! tu sera in sæcula scenæ
Audis prima parens! festis assueta leporum
Illecebris, aut ficto avide indulgere dolori.
Tuque, Ilisse pater! celsas qui Pallados arces
Et divûm delubra tuis surgentia ripis
Vidisti, Musis longum aceeptissimus amnis,
Dic age, sancte parens! quisnam melioribus anni
Quisnam aderat ludorum ordo, cum magna movet

Æschylus, ingentique ausu jam rite juberet
Grande aliquod scenam sapere, et sublimia rerum?
Tum populus primum tremefacto corde tueri
Umenidum furiale agmen, tum sæva Prometheus
Saxa indignatus, scopuloque infixus acuto,
Ua nive perpetua et præruptis cautibus horret
Lucasus, horrendum infremuit; formidine quantum
Exangues trepidare sinus, ubi hiantia saxa
Ejecisse Jovem aspiciunt, fundoque sub imo
Amantem, et rapido concussam fulmine rupem.
Major abhinc series scenarum et viva venustas
Exoritur, decor unde omnis, lapsusque colorum
Ambigui, et pictæ facili sinuamine formæ
Exiguos ultra fines, et nota theatri
Continuant sese spatia, et sine limite tendunt.
Seu læta ante oculos rura, et pendentibus antra
Secura apparent scopulis, seu vasta rigenti
Arva patent obducta situ, magnumque agitatis
Fluctuat æquor aquis, nigrisve obnubila nimbis
Circumsævit hyems, et opaci fulminis horror,

Usque adeo sensus subtili errore fefellit
Pulchra superficies, et late lucidus ordo.
Deinde chori vocale melos, dein mobilis aër
Suavibus aspirare sonis, ita lævia cantu
Carmina composuere animos, luctuque gravat
Sæpe serenârunt socia testudine mentem.

Jamque Sophoclei, pleno plaudente theatro
Solennes inter pompas, et mystica divûm,
Audiri cantus; seu cum Telamonius Ajax,
Arma negata sibi et victorem haud passus Ul
Lethale intentat ferrum, gaudetque sub umbi
Tartareas ire, atque animam exspirare forem
Sive ubi Lemniacæ deserto in littore terræ
Vulnus alens, secum ingratos Pæantia proles
Devovet Atridas: seu cum super ossa parent
Virgo Agamemnonia, indignos perpessa dolo
Immemorem queritur fratrem; mox ipsa fluc
Cæsariem ferro violat, cineresque repôstos
Sola sepulchralemque irrorat fletibus urnam.

Te quoque (quem auguriis adeo felicibus c

Jam fractis Persarum armis et classe fugata
Aspexit, ni vana fides, Salaminia tellus)
Auspice te, largas inter subsellia matrum
Cernere erat lachrymas, cum jam Theseïa conjux,
Huc illuc lymphata, furens, arcum pharetramque,
Hippolyte, currusque vocat; quocunque parata,
Hippolyto ducente, sequi; tum victa pudore,
Os peplis adoperta gemit, læsumque Hymenæum
Conscia, et incestos animo indignatur amores.
Seu cum pampineis præcingens tempora vittis,
Et thyrso metuenda gravi, bacchatur Agave
Fœda super spolia, et nati a cervice revulsum
Ostentat caput; aut magno cum fluctuat æstu
Irarum, et sævum pueris insontibus ensem
Intentat, jam multa gemens, jam funera fratris,
Colchidaque et patrem indignans Medea relictum.
Hactenus hæc—neque enim Graiis festiva Thalia
Non sese intulerat scenis, mœstæque sororis
Æmula virtuti interdum prætendere pulchræ
Ægida, et in vitium solita est sævire flagello;

Lætitiæ risusque parens, atque arbitra vitæ.
Sed pudet illius (facilis facundia quinquam
Et lepor adfuerant scenæ) qui nec per honestas
Ire impune domos, risuque illudere divûm
Erubuit sacris; heu! nec tua plurima virtus
Sancte senex! aut divinæ sapientia mentis
Mollierant rabiem; hinc populi crudele tribunal
Lethalisque calix et ademptæ injuria vitæ.
Contra autem pia Musa tibi, dilecte Menander,
Exequias aget æternas, laurusque recentes
Usque super tumulum memori instaurabit amore.
Necnon ad Tiberim, cum jam felicior armis
Roma triumphato regina insisteret orbi
Terrarum oceanique potens, spatia alta theatri
Nixasque ære trabes, textisque aulæa tropæis
Suspexit, sacra seu religione quotannis
Ultro ageret ludos, fusove ex hoste reversa
Duceret insignes celsa ad Capitolia pompas.
Hinc tragicam sæpe ad scenam in suspiria euntes
Spectabat populum, nisi qua leviore Camœna

lautini lusere sales, vel amabile quicquid
ranstulit in patriam, haud segnis deducere rivum
onte alio et Graios libare Terentius haustus.
Tu vero ante alios, vates suavissime Avonæ!
Qui neque Graiorum gressus, nec signa secutus
Romulidum, nec trita legens vestigia vulgi,
Viribus ipse tuis, et magno lumine mentis
retus, et intactos audens accedere fontes,
ne unus numeros majestatemque verendam
rminis, atque artem et magici decus omne cothurni
ne unus scenæ potuisti inferre Britannæ,
ive sancte parens! si qua hæc juvenilia dona
rva equidem, atque humiles non aversabere laurus.
O vates vere ante alios sacer, et potis altos
lectere ad arbitrium affectus, aditusque per omnes
e animi, immortale sonans! te mille leporum
æta cohors, sequiturque levi lascivia risu.
e dolor atque animis quicquid se interprete scena
sinuat sensim, et dulcedine solvit amaru.

Hinc rerum arcana, atque hominum corda alta re-
cludis,
Spes ubi, sollicitique metus, curæque sequaces,
Et furiæ irarum, et spreti grave vulnus amoris,
Et quæcunque laborantes insania sensus
Corripuit, vacuasque premunt deliria mentes.
Talis progeniem pater execratus iniquam
Nocte intempesta, talis tristissimâ veste
Virginea, passoque amens Ophelia crine,
Funereos spargit flores, et flebile carmen
Integrat, et mœstos moriturâ canit amores.
O vates sacer ante alios! cui lurida late
Tartara, et æterna tenebrarum horrentia nocte,
Oceanique arcana patent, et cærula cœli!
Hinc lemurum lasciva manus sub nocte silenti
Instituit tibi, luna, chorum; hinc sublime feruntur
Aëriæ formarum umbræ, manesque sepulchris
Exciti, et mœsti humana sub imagine cœtus:
Hi scelerum secreta sciunt, et tristibus instant

pliciis, dubiæque ad sera crepuscula lucis
itos sæva exagitant formidine sensus.
ite vos, quorum atra sedet sub pectore torquens
xietas, tacitusque admissi criminis horror,
ite vos, quoties scelerum sibi conscia corda
olitos sensere metus, venerabilis umbra
cit ubi ultorem fraterna ad funera natum,
thalamos fœdari, et avita impune revelli
ptra monet; vel cum in tenues exterritus auras
ret hians, festæque inter convivia noctis
nguineam Macbetha videns accumbere formam
le super vacua, defixo lumine torpet.
esertim nobis quo tempore Roscius ille
ererat, varias quo non solertior alter
mnia vesano similis) vocesque animique
ectum exprimere, atque agitata angoribus ora.
Tu vero, quod rite soles, Britannia, vatem
que memor vereare tuum, studioque fideli
ternum tueare decus, famamque perennem.
qua illum (quod fata vetent) aut æmula carpat

Ille tibi, ille tuæ merito pars maxima fam
Interpres Musarum unus, magnusque sacc
Audiat, ante omnes sanctum et venerabile

[redacted]

[US IN TUGURIO CARTHAGINIENSIUM
RUINARUM.

IUS IN TUGURIO CARTHAGINIENSIUM RUINARUM.

ERSIS tectisque hominum, fanisque deorum,
is opus, misere circum Carthago jacebat
que fœda situ, et semusti ruderis instar
i; nisi qua, luxus monumenta prioris,
a columnarum series, truncatave passim
nora confusas distinguere visa ruinas.
do ibi semiruto Marius sub fornice secum
quidem infelix, et fascibus exul ademptis)
befactatas nunc conspicit undique moles,
: belli meminit rabiem, et mutabile numen
næ, casusque suos: mox grandia rursus
tur saxa ambiguas deleta figuras,
ctasque domos, et ruptis ostia muris.
metus interea, nec cor senis ulla severum

Mœsta movet miserans parilem clementia sortem;
Lætari magis, ac sensus recreare tuendo,
Ac veteres animo sic volvere sedis honores.
" Nimirum hic multos Libyæ Regina per annos
Floruit urbs, opibusque potens, et clara trophæis:
Hic, ubi desertos nunc lambit inutilis unda
Portus, fluctivagis longum viduata carinis,
Sæpe olim pictas vertêre ad littora proras
Auriferæ classes: hic quondam plena virorum
Compita solicito circumstrepuere tumultu:
Sive fori studia, et graviora negotia legum,
Seu leviá artificis tractabant mœnera vitæ,
Sive theatrales, magno cum murmure plausus,
Spectabant ludos; seu festis rite diebus
Sancta ad templa deûm solennia dona ferebant,
Ducebantve hilares post prælia fausta triumphos.
Nunc penitus loca sola silent, aut sparsim habitant
Triste sonant ululatu avium, fremituque ferarum.
At neque mercedem talem, quando impiger olim
Hannibal Alpina ardebat perrumpere claustra,

Pollicita es, Carthago, tibi, talisve ruinæ
Præscia Cannensem vidisti fulgere prædam.
Hinc tamen hæ venere vices, hinc acrius acti
Invidia patres te decrevere domandam,
Et jam grande jaces documen victoria quam sit
Exitio interdum, rerumque optata potestas
Quam fluat huc illuc variante volubilis æstu.
Quare Sylla tremat, ne forsitan ipse vicissim
Mendicet profugus; mihi cuncta asperrima passo
Nat sperare, neque adversis succumbere fatis."
Talia dum forti Marius sub corde volutat,
nconcussus adhuc, et sueto tum quoque fastu
latus, subito venit, ignotumque requirit
rætoris mandata ferens crudelia Lictor.
rodit eum impavidus, generosæ mentis imago,
ultus, et assiduis quamvis obnubila curis
rons augusta viri; ut vero gravis occupat aures
uncius, ecce statim, veluti quum carcere clausus
linturnis, stricto instantem mucrone repressit
arnificem solo obtutu, tremulaque coëgit

E dextra jacere innocuum sine vulnere ferrum,
Sic nunc horrifica scintillant lumina flamma
Clamantis—" fugito, et prætori hæc verba referto:
Mœnia strata solo et laceras Carthaginis arces
Aspexi, et mea quæ nullis mens ante periclis
Victa fuit, manet illo etiam non territa visu."
Dein secum insistit, memoresque ita colligit iras.
" Ergo iterum errandum est, nec fas mulcere dolorem?
Esto; en accipio signum, et quocunque vocabis
Te, Fortuna, sequar: licet omnia Consulis arma
Intentet mihi Sylla, licet terraque marique
Audeat in caput hoc servos stimulare rebelles,
At nunquam cedam tamen, indecorive veterno
Perculsus, patriæ dudum defensor et auspex,
Exercenda illi placide mea jura relinquam.
O ingrata nimis patria, ingratique Quirites,
Cur istum usque adeo sinitis sævire tyrannum?
Siccine de vobis merui, juvenilibus annis
Scilicet hac ipsa insignitum clade secutus

Scipiadem, tanto haud indignus principe miles?
Siccine de vobis merui, qui tarda Metelli
Agmina, et increpitans segnes ad prælia gressus
Ipse, moræ impatiens, per longa et dura viarum
Festinavi iter, et pugnis, feliciter audax,
Raptim initis, victor Romæ intra mœnia traxi
Quassantem incassum servilia vincla Jugurtham?
Quid? quum turba ferox jam jam conscenderat Alpes,
(Turba ab Hyperboreo quæ protinus orbe migrârat,
Ut rigidis brumaque æterna algentibus arvis,
Molle solum Italiæ, et valles mutaret apricas,)
Quumque diu frustra conata resistere, multis
Fortibus orba viris, graviter sibi Roma timebat,
Quærebatque dolens patriæ qui tempore tali
Ferret opem, sævique minas compesceret hostis,
Quis tum aderat vindex? quem publica vota vocârunt?
Quem magnum ad cœptum accendit sua vivida virtus,
Et terræ natalis amor? Me, me duce, cives
Arctoos tandem populos repulere, neque ultra

Tinximus Athsis aquam, et quanto vix den
Antiqui illæsos Latii servavimus agros !
Nequicquam valide intortis constricta cate
Densa phalanx stetit, et clypeos munimini
In speciem obtendit, curvatis desuper horr
Ensibus, et galeis referentibus ora leonum
Nequicquam acclivis, rapidum velut agmen
Innumeræ immenso circum clamore freque
Corripuere citæ campi spatia alta catervæ ;
Vis Romana ruit contra, penitusque fugari
O fuga multiplici mire commixta tumultu !
Præter enim fusorum acies, turmasque seq
Uxores quoque barbaricæ, quæ curribus a
Invectæ, et tela inde procul jacularier aus

erdita, fœmineo complerûnt aëra planctu,
eque ultro miseræ tota cum prole necârunt.
His adeo his clare enituit mea gloria factis.
Iesturque et Martem, custodem gentis, et amnes,
Et campos ubi castra habui, aut ubi prælia gessi,
ponte, ducem quamvis, summos tolerâsse labores
Militiæ Marium, et medio in certamine, summis
ponte, ducem ut decuit, sese opposuisse periclis.
Atqui non satis est acquirere serta merendo,
i faciles quæsita sinant florescere Parcæ.
heu! vanum aliter laudis decus, irritaque eheu
remia palmarum! Qui milite cinctus ovanti
uper laurigeram duxi ad Capitolia pompam,
uemque patrem patriæ nuper, Latiique salutem
ille triumphales cecinerunt undique voces,
unc solus, tacitusque vagor, miserabile quærens
itam, si qua mihi demum sit tuta, latebram.
ilicet huc mea quum verti vestigia, dixi.
c securus ero; sed quanquam hinc ire necesse est,
uud tamen advenisse piget, qua denique tristis

Jampridem, ante oculos squales Carthago
Mœnibus, et simili mecum simul obruta f
Fortunis vero nostris (sic omine certo
Auguror,) hoc discrimen erit; Tu semper
Pondere pressa mali, semper sine honore
Non iterum, ut quondam, turrito e culmi
Prospicies mare velivolum, non inclyta be
Hannibales iterum invictos jactabis alumn
Me uveliora manent; dabitur mihi rursus
Fervere, et ad patriam propriosque redire
At non sanguinea tandem sine strage redi
Per sacros juro Heröas jam pace sepultos,
Olim flagrantes odiis, similesque Tonanti,

Tradiderit solitas, haud vanum insigne, secures;
Ille inimicus atrox pœnas dabit, ille suorum
Audiet extremos gemitus, congestaque cernet
Funera, et exanimes inter tremebundus acervos,
Ipse, meo stratus gladio, scelera impia tandem
Morte luet. Citius pereant Capitolia flammis,
Incensa citius ferrum bacchetur in urbe,
Totaque gens Romana cadat, quam Sylla paratam
Dextra hac vindictam effugiat, Mariusve superbo
Exilium a domino impositum patiatur inultus."



CLASSIS BRITANNICA.

CLASSIS BRITANNICA.

GALIS inaccesso stabilita Britannia saxo
eani Regina sedes, atque arbitra belli;
ot paris heroas; et quantas, fulmina circum
rgentes, mediis in fluctibus, erigis arces,
ua refert: etenim Isiacæ licet accola ripæ
nda favet vatum studiis tranquilla secundum
mina, Phœbeasque domos, tamen audet ovantûm
ndia facta ducum, et duras super æquora pugnas
rari, et patriæ fervet victricis amore.
cilicet undivago præsertim regna tueri
esidio visum proavis, quo tempore primum
spice te, Pater Angligenum, terrestria spernens
ustra, adventanti feliciter obvius hosti
les ab oppositis intorsit spicula cymbis:

Necdum captato vela ille tumentia vento
Viderat, emensasque viam sine remige puppes
Arte nova; necdum æthereos imitantia nimbos
Audierat latera horrendum mugire, nec instar
Fulminis emissi stridentia murmura ferri.

Quin sese haud temere gravioribus extulit armis
Anglica gens; nova paulatim consurgere visa est
Navigii species, et Martis major imago.
Hinc opere assiduo loca fervere, et omnia circum
Littora; navalis prima incunabula pompæ
Cernere erat; quercus, sylvæ decora alta, trabesqu
Artifici fingente manu, sibi sumere formas
Multiplices: donec tandem Mavortia turris
Scandit aquas, immane minans; nec tempore lon
Sensit inassuetas moles Neptunus, et omnes
Insuper impositis urgeri classibus undas.
Interea qui rite queant has impete certo
Velivolas agitare rates, et flectere in hostem,
Multa parit multos maris experientia nautas;
Dum geminos adeunt Indos, perque avia ponti

Salle velut trito nôrunt sibi tendere cursum
Ut lubet, et sævum compescere numen aquarum.
Ergo hæc, accitu patriæ, manus apta profundo,
Fert alacrem, spes gentis, opem, nullisque periclis
Territa, mox etiam in mediis audacior undis
Militiam gerit, et navalibus intonat armis.
Et si tanta modo antiquis munimina quondam
Nautica contigerant proavis, ille undique rerum
Eversor frustra hanc petiisset Julius oram:
Pulsas ille Aquilas, et vim plorâsset inanem,
Scilicet indignans Romæ non omnia posse
Subjici, et hoc Italis unum superesse triumphis.
Vos autem, Angliacæ cautes! quas irrita plangent
Æquora, prærupto patrios claudentia fines
Saxa supercilio! quanta vos sæpe corona
Stipavit populus! belli ut navalis euntem
Prospiceret vastam oceano increbescere pompam,
Consertasque una ire rates, et castra moveri.
Nempe ubi surgentes pleno jam carbasa flatu
Implevere sinu, ruit ardua classis in æquor

Altius, undarumque moras, æstusque rapaces
Vi superans; strident validis exercita rostris
Agmina aquæ, et crebro spumescunt tramite sulci.
Interea, seu mens nimium jactantis Iberi
Auriferas vexare plagas; seu sæpe secundo
Marte triumphatos in prælia poscere Gallos;
Ductor aquis iter in mediis interritus urget
Anglicus, obsidioque premit Neptunia late
Arva tenens; toto fluitant aplustria cœlo,
Puniceisque nitent instincta coloribus; ingens
Oppositis timor, et fatalis nuncia belli.
Hac ope, quæque suas longinqua ad littora mercs
Portat, et ad patrias intacta remittitur oras;
Dum comes usque viæ, pugnæque accincta satel
Excubat, ante volans prætoria puppis, et acri
Undique præsidio juvat, et socialibus armis.
Quod si signa procul signis inimica Britannis
Visa geri, et pelago spectabilis incubet ordo
Bellicus, ingeminant studia, et propiore periclo
Durior exercet nautas labor, æquora tuta

ilicet, et socios adhibere in prælia ventos.
irs iter accelerant pelago; pars expedit amplos
ite foros; dum sæva sedent super arma reclusas
ustodes alii ad portas, et pectore anhelo
ıvigilant, flammisque parant alimenta futuris.
um simul ac struxere aciem, per transtra siletur
ndique, nec festo temere clamore lacessunt
rælia, nec tumidis aperire licentius audent
ra minis; tenet arrectos jam Marte sub ipso
pes anceps, fatique agitat venientis imago.
ıin agite, o populi pars magna et cara Britanni,
e, tot oceani cœlique imperdita nimbis
orpora! vos patria ante alios sibi dives alumnos
indicat; imperiique salus, ingentia vobis
ignora, et æquorei custodia credita regni.
Jamque alto glomerare rates, et crebra sonare
ulmina; sed media armorum impendente procella,
um velut Ætneis centum eructata caminis
volat, indefessa furens, stridetque sub auras
errea vis: en! mortiferis manus æmula certat

Sponte ministeriis! en, summa ex sede sub Austris,
Qua circum antennas multo loca milite fervent,
Altera rumpit hyems, plumbique volatilis ictu,
Ceu pluvia labente, super tabulata forosque
Dat stragem, excisosque interstrepit acta rudentes.
Quin sæpe aut crebro patefacta foramine quercus
Hausit hians laticem, aut media inter tela repente
Dissiluit ratis, ingentemque incensa fragorem
Edidit, ima petens; namque illi flammea pestis,
Ceu quondam stygiis Dirarum elapsa cavernis,
Signaque et incessum sociæ assimulata carinæ,
Implicuit sese, sparsitque incendia tactu.
Ægre obluctantes dubio discrimine nautas
Mœsta movet desiderio natalis imago
Littoris, et patrii spes intercisa sepulchri.
Scilicet haudquaquam tanti moliminis olim
Prælia, sed levia exigui simulacra duelli,
Inclyta spectavit Salamis; licet arma Orientis
Versa retro, Persas domitos, regemque fugatum
Jactârit, pariterque sibi, sceptroque timentem.

ieve adeo Actiacæ regio quæ conscia cladis
omanos acri cives concurrere motu
idit, et indigetes armari in vulnera divos.
Quippe etenim antiquæ superans fastigia laudis
lagna maris domitrix, hinc insignissima fama
loruit, his rerum effulsit pulcherrima gestis
nglia. Quid memorem occiduis nova condita regnis
œnia? quid positos alio sub sole colonos?
uid porro quoties temeratæ injuria pacis,
cursusve malus timor egerit intentatis
reptam excidiis patriam, salvosque Penates?
t proavos meminisse juvat! quorum inscia vinci
orda, nec immani cœptorum exterrita mole,
rubuit fractis Hispania pulsa carinis,
usa inconcessos celebrare ante arma triumphos!
empore quo, medias Britonum bacchata per urbes
grueret fama, armigeræ mala nuncia pompæ,
orda metu exagitans; quin et discrimine tanto,
nperii domus ipsa, deûm sanctissima templa,
isa quati. ———

Contra autem ipsa suos animo Regina virili
Suscitat in Martem populos, patriisque Philippum
Finibus arceri, connubia spreta petentem,
Hortatur, prohibetque soli genetricis amore,
Ne Regem excipiant, veteres qui verteret aras
Perfidus, et leges induceret hospes Iberas.
At non hæc prisci solum potuere parentes.
Dat natos sibi terra pares, decus illa nepotum
Extulit, Angliacæ quem mille per oppida matres
Præsidium dixere suis; puerosque docebant
Nomen amare viri, patriæ felicia rursum
Sæcula qui referat, gestisque ingentibus omnes
Vincat avos: cerno triplici circumdata lauro
Tempora, ter raptis turbatum insignibus hostem,
Terque duces totidem lugentia littora captos.
Illum ad Lucarii syrtes nocturna cientem
Prœlia, et horrificas torquentem tela per undas,
Hispanæ tremuere rates; neque gurges aquarum
Naufragus, aut cœli facies adoperta tenebris
Dira tuæ potuere, ingens Langara, cohorti

Excidia, aut turpem tibimet prohibere catenam.
Ille etiam occiduas ultra spatiatus ad oras
Victor, ibi Gallorum acies, immaniaque ausa
Fregit ovans, cavea ingenti qua plurima circum
Sparsa, theatrali tanquam stipante corona,
Insula vicinis spectacula clausit arenis;
Dum fremitu indigenum sinus omnis et ima resultant
Equora, dum cæco trepidant errore futuri,
Et crebra ingeminant mista formidine vota:
Heu temere!—neque enim sociorum incognita clades,
Nec Grassi latuere vices, ipsumque, ratemque,
Captivos, testes illi quo sæviit æstu
Certamen, quantis victoria parta ruinis.
Acrior hinc multos dominata impune per annos
Vivit adhuc, nempe haud tantis conatibus impar
Vis veterum, virtusque patrum; neque decolor ætas
Te genuit, jam nunc nautis venerabile nomen,
Te, felix ductor! quem festo hæc insula plausu
Super ab edomitis referentem insignia Gallis
Excepit, passim in meritos effusa triumphos.

Te modo qui ventis et diis incepta secundis
Martis agens opera, et tanti pars ipse laboris
Maxima, disrupto turbatos ordine passim
Præcipitare hostes potuisti, et dira paventes
Naufragia Angliacis avertere victor ab oris.
Et quoniam in solita rursus virtute locâsti
Imperium maris, en! facti nihil immemor, inter
Indigetes animos, et avorum exempla referri,
Anglia te voluit, dignum qui maxima gentis
Participes studia, et parili fovearis amore.
Quinetiam illa dies, fastis sancita Britannis,
Audiet ante omnes celebrisque et clara trophæis,
Quæ te, magna salus! quæ te lustravit ovantem.
Atqui tu toties navalibus aucta triumphis,
Ne patria! oblitos tanti muniminis unquam
Esse tuos, residive sinas torpere veterno.
Quin querceta tibi foveant, classesque futuras.
Sic quæcunque tuæ posthac nimis invida famæ
Gens sese attollat contra, belloque profundi
Sceptra petat, laceris agnoscet saucia signis

re tridentiferos Britonas, pelagique potentes.
: tu sæpe novas numerans per sæcula palmas,
lomitosque adeo famæ nascentis alumnos,
tius assurges, donec, virtute tuorum,
ceris, et victos venia placaveris hostes;
nec amicitiæ communi fœdere junctas,
as media incassum maris unda interluit, omnes
a plagas, totum una tibi subjeceris orbem.

I IN AFRICÆ ORAM OCCIDENTALEM
MISSI.

COLONI IN AFRICÆ ORAM OCCIDENTALEM MISSI.

NUDUS, inermis, inops, domini subjectus iniqui
mperio, vinclisque tremens servilibus, Afer
rrabat patriis infelicissimus oris,
um Vos, O Britones, tantos finire dolores,
docilemque ultro audetis componere gentem.
Heu formæ illuvies! heu, sævæ nuncia mentis,
rons horrenda viri!—Quoties inimica tremiscens
gmina prædonum, et rabidarum sæcla ferarum,
elituit pernox stagni graveolentibus ulvis;
eu, qua corticibus ramorum intexta cavatis
isa horrere casa, huc sese, surgentibus astris,
bscurum, fractumque fame, fessumque retraxit.
lic torus, hi thalami: neque enim inviolata verendi
œdera conjugii, neque certa prole parentes

Mollia privatæ noverunt gaudia vitæ;
Sed Venus illicita, et, cæco de more ferarum,
Concubitus ubicunque vagi; simul effera cædes,
Insanique furor circum increbescere belli!
Quid memorem magicas artes, quid pocla veneni
Vindice mista manu, et trepidantis credula vulgi
Pectora? Quid cultus memorem, et simulacra deorum
Horrifica, et nigros Stygia formidine lucos?
Infausti populi! Quos ipsa erroribus ultro
Deprimit Europa, ut faciles ad turpia sitis
Servitia, ut, vestris male parta doloribus, orbi
Inferat innumeras nocitura opulentia curas!
At sperate tamen, miseri, sperate Britannos
Ultores scelerum, quos non sitis improba laudum,
Non auri malesuada fames, sed vivida Virtus
Urget, et humanos Pietas miserata labores.
Ergo etiam nullis cœpta exsuperanda periclis;
Non ulli terrent casus, non invida plebis
Seditio, pluviæque graves, et pestifer aër,

ı tuto tandem, post infortunia belli,
pitio, et placida donent statione colonos.
alvete, O vere Britones, Tuque * optime, salve,
quio et virtute potens, qualem inclyta nusquam
it, legifero quamvis regnata Lycurgo,
rta virum, neque se tali jactavit alumno
na, triumphati Regina acerrima mundi.
si nascentes Afri fors advehat arces,
quanto excipiet fremitu! tibi fervido inhærens
plexu gazam memor instaurabit agrestem!
cce! etiam vestras mirata America laudes
em opere in tanto affectat, neque cedit honorem
ula, magnanimûm nutrix fœcunda virorum.
lis adeo auspicibus, licet arma minetur iniqua
us, et inceptas jampridem everterit arces,
equidem auspicibus rerum pulcherrimus ordo
citur, artificesque instant, pars ducere portus,
ı fundare domos, parvumque locare senatum.
ı quam dissimiles, studio quam dispare structas,

* Gul. Wilberforce, Arm.

Gambia pollutis turres præterfluit undis,
Gambia civiles nimium testata furores,
Captivasque manus!—Jam vero bella quiescent,
Jam nulla, ut quondam, morborum infecta vapore
Puppis onus servile vehet, nullisque sonabis,
Oceano superimpendens, ululatibus, Atlas.
Sæpe etenim amplexu conjux avulsa mariti;
Sæpe pater dulcem scelerata ad littora abactam
Flevit inops animi prolem, et connubia virgo
Fracta dolens, fractos ipso jam in fine hymenæos,
Plena recedentis spectavit carbasa puppis,
Non reditura olim.—Demens! qui * tam impia primus,
Gentibus in vetitum pronis, commercia suasit,
Quique colorato impositum divinitus Afro
Turpe jugum edocuit, nam ex illo lapsa repente
Omnis abire fides, sanctum omne, aurique libido
Accendi. Proh grande nefas! proh corda tyranni
Effera, et humano mansuescere nescia fletu!

* Las Casas.

Quid? num lege Deum lætari hac posse putandum
est,
Num natos ad vincla homines? Tuque, improbe
raptor,
Unde tibi hæc tanta est, tanta unde licentia ferri?
Crudelis? quid, si te quondam perfida ludat
Fortuna, et versis doleat gens Anglica fatis!
Finge tuos, tibi finge, tua cum conjuge natos,
Finge catenatum, tremulumque ætate, parentem
Ire procul domino servitum! ah! tantane nullos
Inspirent paulum teneros tibi pignora sensus?
Crudelis! non ille domus, non ille paterni
Amplius hospitii meminit, sed littore avaro
Edidicit sævire, animumque induxit omnem.
Quin ubi fatales turba adventarit ad oras,
Omnigenis jam fracta malis, quanto undique fervent
Littora concursu, quanto clamore parantur
Vincula, divitias eheu! paritura nefandas.
Insontes custos, furiarum more, flagello
Accinctus quatit insultans, quin agmen iniquo

Sole fatigatum exagitat, gaudetque tuendo
Semineces artus, et membra fluentia tabo.
Haud impune quidem.—Sæpe atro turbine venti
Consurgunt, tellus tremit, et ruit arduus æther;
Et Pater Omnipotens, flammis armatus et ira,
Sternit arundineas, ultrici fulgure, messes.
Ast erit ille dies, cum tu meliore vicissim
Africa, fortuna, et seris potiere triumphis.
Quippe etenim innumeros jacuisti inculta per annos,
Frustra opibus pollens, frustraque accommoda nautis
Vasta Atlantiacas volvisti flumina in undas.
Nec tibi Romuleis Magni adjunxisse catervis
Profuit Autololas, neque tot vidisse potentis
Regna Jubæ. At prosit tamen, et felicior olim
Turrigeras mirere urbes, et amantia pacis
Oppida, et unanimes, sancito fœdere, cives.
Ergo ubi tum posito mitescent sæcla tumultu,
Disce aliis, memor ipsa malorum, parcere terris,
Et vanos prohibe luxus, ita condita dextro
Omine et auguriis surgant nova valla secundis.

m! tantæ prima incunabula famæ,
s aspectem ædes, magalia quondam,
oeque sinus! ibi primum excisa bipenni
ır, intacta prius arbor inutilis umbra,
ura undas pelagi. Nam quanta per orbis
mittetur merces, quot munera fundet
auriferis passim ditissima arenis,
iger immani devolvet gurgite gazas,
ger undarum, dum late pinguia abundans
:cet, flavasque interlabatur aristas!
etiam Eöas iter accelerabit ad oras
securus Batavorum, et plena remittens
ı, odoratis Arabum mulcebitur auris.
tet juncti septemflua flumina Nili;
e mari portus, tibi, Thamesi, cursu
›revi properans; Tu stantem in margine
cornea
tum de more Afrum, tu dulcia Tempe,
es lucos, regumque palatia pandes
, ut proprios pariter florescere campos

Speret, et inflexum telluri inducat aratrum.
O fortunatum! quem tantis fata reservant
Muneribus, placidæque manent nova commoda vitæ
Qui tenera dulcea decerpet arundine succos,
Haud ultra vetitos; cui pingues lactea rami
Flumina sudabunt sitienti, et citrea fructus
Sponte dabit sylva, ambrosiosque halabit odores!
Ille etiam vescæ culmos turgentis oryzæ
Demetet, Angliacæ mutandos vellere lanæ,
Et pelago patrium mercator credet amomum.
Tu modo, tu vitæ præsens tutela beatæ,
Libertas, diva alma, adsis, stabilitaque serves
Numine jura tuo, et solido fundamine firmes!
Te sequitur pax læta comes, te gaudia castæ
Pura domus, sanctique ignes, roseoque pudore
Fausus Hymen licitæ prætendit lumina, tædæ.
Adsis O! quanta Angligenis, qualique videri,
Luce soles, nam nonne animos horum igneus ardor
Incitat ingenuos, libertatisque capaces?
Vidi egomet, nostras cum jam ratis attigit oras,

Afrum abreptis exutum rite catenis,
ominum, genua amplexus, genibusque volutans
t! ut, insueta victus dulcedine mentem,
mitem in casus ultro fidum obtulit omnes!
i Te* infelicem testor, te, regia proles,
ltum heu! frustra studiis, animique vigentem,
or, adhuc lachrymans; Tu, si modo vita fuisset,
isses duram patriam, et pia jura dedisses!
t tibi non vano coiêre in fœdera dextræ
pitio: jam jam videor spectare columnas
plorum, notoque altaria structa Jehovæ,
atosque deos Erebi; jam jam ipsa cruentis
a superstitio prostratis concidit aris.
ec mihi vana fides—nam, utcunque hebetata
tenebris
s solet errare, atque metus sibi fingere inanes,
i aliquid tamen est ratio, et se, morte carentem,
lidit in patrios iterum post funera campos
enturum Afer, dulces iterum, hoste remoto,

* Naimbanus, Sierræ-Leone Regis, filius.

Visurum socios, et notæ in margine ripæ,
Ficus ubi, et viridem platanus late explicat umbram
Ducturum solitos fusca cum virgine ludos.
Ite ergo, Angligenæ, his signis atque omine tali;
Sideream monstrate viam, monstrate piorum
Æternas sedes, Messiæ morte, redemptas,
Et cœtum Angelicum, et divini gaudia amoris.
Interea ingenuas, feritate exuta priori,
Mens capiet paulatim artes, rerumque latentes
Exquiret causas famæque studebit honestæ.
Quin aliquis, pulchro doctrinæ accensus amore,
Niliacos adeat fontes, Lybiæque pererrans
Intima, magnanimo quondam insignita Catone,
Cornigeri delubra dei, et squalentia cernat
Littora, qua Carthago stetit; molesve superbas
Pyramidum, et veteres Ægypti agnoscat honores.
Explorent alii stellas, æstusque marinos,
Et solem, oppositaque micantem lampade lunam;
Hic quoque per saltus, et prata recentia rivis,
Vere novo, medicas carpet non inscius herbas.—

Nec tu, Musa, absis; tu vati carmina agresti
Præcipias! tecum, per amica silentia lunæ,
Miretur structas securo in littore moles,
Portusque, et niveis maria albescentia velis,
Saxaque dilectos doceat resonare Britannos.

RHENUS.

RHENUS.

"Dii patrii indigetes, quorum sub numine præceps
Congeritur rabies ventorum, et turbidus æther;
Queis scopuli, magnoque fremunt plangentia fluctu
Æquora, et arcano impulsu tonitralia parent
Atria cœlorum; Romæ cohibete furores!
Dii patrii, audaces animos cohibete, nec ultra
Impius hic nostris irrumpat sedibus hostis!"
Hæc pater undoso se attollens gurgite Rhenus
Clamat, ut immani impositum molimine pontem,
Cæsareasque videt radianti in margine turmas.
Lignorum interea violenta compede vinctus
Undarum vortex injecta mole laborat,
Atque repercusso luctantur littora fluctu.
Fervet opus, junctasque exæquat machina ripas.

Extemplo turbati animi, pavor iraque gentes
Exstimulant, trepidatque novo Germania marte.
Quin et terrificus Bardorum accendere clangor
Indigenas acies, totaque ardescere ripa
Agmina; cærulei ad strepitum coiere Suëvi,
Vangionesque truces, et torto crine Sicambri.
Signa canunt; reboant æris nemora excita pulsu;
Antraque barbarico sacrorum exercita cantu
Dant gemitum, sanctæque tremunt in littore sylvæ.
Tum pater, ingentis præsumens omina famæ,
Attollit faciem, et fatis dia ora resolvit.

" At tu siste pedem, qui jam felicibus armis
Fretus, adhuc placidos conturbas militæ fines,
Indigetes metuas lucorum accendere divos!
Cæruleos aditus sylvarum lugubre numen
Insidet, et sacræ caliginis horror obumbrat;
Pallentesque habitant formæ, quas nocte silenti
Incola formidat; sæpe illum ad prælia cantu
Exacuunt Bardi, et nemorum bacchata reclamant
Avia, quæ circum Teuthates fulminat ingens,

Turbineque armisono graditur Mavortius Hesus,
Lucoremque pater Taranis. Ne tu irrita contra
Impius arma feras! neque enim tibi lecta valebunt
Agmina. Nonne vides ut sacris cincta corollis
Votiva erumpit ferali ardore juventus?
Illis festa dies, ita pronæ in bella cohortes
Subjicere necem pedibus, dum fortia munit
Sanctus corda furor, patriæque amor anxius urget.
Quippe nec oppressam claudet mors inclyta vitam,
Nec mœsti in Stygio pallebunt littore manes;
Sed florentem iterum membris induta juventam,
Olim anima ad solitas remeabit martia sedes,
Atque iterum dulci pro libertate recumbet
Cara inter nemora, et patrii juga conscia cultus.
" Quo furiose ruis? quid Romæ audacia quærit?
Arvane cincta gelu, et nunquam viduata pruinis
Littora, et antiquam populi turbare quietem?
Siste Aquilas, Cæsar! neque enim me victor inultus
Polluveris: magnum Ausoniæ prosternet honores
Exitium, serosque manet vindicta nepotes.

Scilicet et quondam Borealia frigora linquens
Gens edura virûm apricæ prorumpet in agros
Italiæ: incipiunt collecta tumescere late
Agmina, et audiri sumtis fragor horridus armis.
Audin'? barbaricis reboant clamoribus Alpes,
Agmen ut Hesperiæ florentes conspicit oras.
Horrentes recolens nimbos, hyemesque relictas,
Aurea miratur late loca, cærula cœli
Lumina, et ambrosias zephyrorum in vallibus auras;
Atque insueta novo calcans violaria luxu
Carpit purpurea pendentes vite racemos.
At tu, Roma ferox quæ victum amplecteris orbem,
Jam frustra imperii raptos lugebis honores,
Eversasque patrum sedes; disjectaque divûm
Templa solo cernes, inhonesto pulvere fœdans
Turrigerum caput et famæ monumenta prioris.
" Lætior et scena, et pacis me blanda salutant
Murmura: namque ubi secretum sub margine fontem
Saxa inter placida, et sylvarum umbracula servant
Helvetii montes, olim mihi dura moratur

Libertas, nemorumque rudi purissima virtus
Hospitio, et longum pax incorrupta per ævum.
Non ibi degeneres animi, atque enervia languent
Corpora; sed patriæ ingenti perculsus amore,
Dum juga miratur nemorosa, Alpesque nivales
Incola, et umbriferos ad Acronia littora saltus,
Hinc discit natale solum, geniumque locorum,
Liberaque audaci defendere limina dextra;
Æternoque fovet constrictos frigore montes,
Indigenamque hyemem, et notis saxa horrida nimbis.
" Quin me fata vocant, divûmque arcana voluntas
Ad sortis majora ciet; jamque inclyta Martis
Orgia tranquillæ rupere silentia pacis.
Apparent facies heröum, et lucidus ordo
Exoritur: videor venturæ splendida famæ
Sæcula conspicere, atque ævi decora alta futuri.
Salvete, illustres animæ! quas martia virtus,
Quas laudis suadebit amor victricibus armis
Oppida proruere, et domitis insistere regnis!
Vos olim, et vestros circum visurus honores,

Raucisonos magno devolvam vortice fluctus;
Dum fremitus inter victorum, et fulmina belli,
Clara triumphales spectabunt littora pompas.
" Hæc adeo auspicia, hæc quondam volventibus
annis
Fata trahunt: neque enim, Armipotens, tibi charior
Hebrus,
Aut Thraçum nemora, et Libyci vada barbara poli
Hic olli sedes; hic olim horrentia ducet
Agmina, bellantesque fero clangore ciebit.
Sed neque qualis erat; qualem tu, maxime Cæsar,
Vidisti, galea insignem et fulgentibus armis;
At major, vultuque ferox, ipsamque Tonantis
Indutus speciem, clypeumque hastamque relinquet;
Perculsasque metet tonitrali murmure turmas,
Lugubre flammato jaculatus turbine fulmen.
" Sed neque me strepitus, aut belli æterna lacessent
Funera; jam placido mitescere sæcula cultu,
Securasque inter latebras, nemorumque recessus,
Nutriri doctrina potens, Gothicique serenam

immissura diem tenebris; jam grandia viset
Mœnia Lugduni, nec te, Basilea, silebo,
Doctrinæ hospitium, et patriis gratissima Musis!
Tum mihi limosa pingues uligine campi
Flavescent Cereris optata, cultuque subacti
Purpureis circum nigrescent vitibus agri,
Unde ingens cecidit quercus, pinusque tumentes
Undarum rupturæ minas—quin tutius æquor
Navibus, errantesque reget magnetis in alto
Subtile indicium, atque axi cognata potestas.
" Amplior hinc rerum facies, majorque patebit
Area—ubi pelagus cultæ superemicat oræ,
Abreptumque solum, et quondam sua vindicat æva
Gens operum patiens, longoque assueta periclo
Molibus oceanum reprimit, pontique frementis
Subripit imperium, et vinctas dominatur in undas.
Illustres animæ, libertatisque capaces!
Quas neque sævus Iber quatiet, neque deprimet olim
Ira ferox Alvæ, aut Farnesi vivida virtus;

Illis firma fides, durique tenacia cœpti
Pectora, et occultas promet labor improbus artes.
" His freta auspiciis, video commercia late
Fervere, et effusas ignota per æquora naves
Oceani fines penetrare, ac littora nocte
Septa procellarum, et dubii formidine ponti.
Purpureo hinc varias olim mihi dædala tellus
Divitias gremio effundet; mihi cinnama felix
Taprobane, mihi Plata sonans, et Amazonis unda
Nativas submittet opes, et quæ sola longe
Indus arat, quæ palmosæ rudis incola vallis
Gambiam ad auriferum, aut Nigri flaventis arenas.
Quid referam, quali dives mercator ab ora
Per mea regna trahens immani pondere naves
Ibit ovans? venientem extremo in rure coloni
Excipient, ratibusque gement stridentibus undæ.
Clarior hinc sinuans cultis vada cærula campis
Spectabo ingenti vicina palatia fluctu,
Splendentesque domos regum, et quæ maxis

ripis

ernere erit delubra meis! dum grandia circum
mniparentis opes implebunt ostia terræ!
" At quæ dira meos obscurat scena triumphos?
'initimis video late grassantia regnis
'unera, quæ lymphata gravi discordia motu
'roruit antiquas vulso fundamine leges.
Hinc extincta fides, olim qua sidera adibant
'uræ animæ heröum; bellorum hinc maximus horror
'ollutique lares, et tecta ardentia ferro.
Heu! quanta meæ spectabunt prælia ripæ!
uando erit, ut placidam componant sæcula pacem,
ibertasque iterum virides festiva recessus
xhilaret, vitreosque lacus! sat funera mœsti
idimus, et sparsis albentes ossibus oras.
alve sancta dea, et nemorum carissima virgo,
e petimus, tua pacificis altaria donis,
andida Libertas! non qualem exercita diris
allia, sanguineoque exorat Sequana cultu;
ollia sed pura velantem pectora veste,
t sociam Musarum, et amantem dulcis olivæ!"

VIS MAGNETICA.

VIS MAGNETICA.

ARCANAS rerum causas, quo corpora pacto
Inter se coëant diversa, et fœdera jungant;
His etiam inventis, quæ, quantaque commoda vitæ
Orta, cano:—juvat hæc naturæ vincla sequaci
Inscrutâri animo, et cæcam præpandere normam.
Scilicet angustis conclusa in finibus olim
Errabat gens dura virûm, fructusque legebat
Indigenos; nondum socii commercia ponti,
Nondum alias spectârat opes, nec littora nôrat
Altera longinquis pelagi devolvier undis.
Ergo etiam fragilem trepidanti pectore lintrem
Vix dabat oceano, et timidè, ducentibus astris,
Vela trahens, tardos radebat navita cursus.
At neque perpetuis urgeri protenus umbris

Fas visum est:—tandem nova lux Orientis ab oris
Pandere se subito, et tenebras dispergere inertes;
Visaque nimbosum media sub nocte fideli
Indicio monstrare polos; cœloque latentem
Obscuro Magnetis apex advertier Arcton.
Hinc tibi Nauta viæ faciles; maris inde reclusum
Imperium; hinc alis equitans sublimior undis
Dat secura rates externis carbasa ventis,
Et patefacta jacent vasti spatia alta profundi.

Quare age, et hæc animo miracula volvere rerum
Ne pigeat; causasque, aut quo sub fœdere fiant
Naturæ, et cæcas penitus conquirere leges.

Principio, hunc omnem terrai habitabilis orbem,
Expansosque maris tractus, cœlumque profundum,
Materies sensim tenuis circumambit, et intus
Diditur ignea vis, et fusilis irrigat Æther:
Quæ quoniam ferri per operta foramina sese
Insinuat, venas penetrans Magnetis opacas,
Idcirco hæc cæcæ vires taciturnque reverti
Imperium, et nullis cognitas lege potestas,

Quin et subtilem multi docuere fluorem
Perpetuo manare poli, certisque revolvi
Cursibus: huic similis lapidem pervadit, et aeri
Impulsu ferrum inde trahit, compage coercens
Funditus, et liquida cohibet vortigine raptum.
Forsitan haud alia ratione Electrica Virtus
Pollet, et in medicos secreta accingitur usus,
Ipsa sui impatiens, alieni conscia tactus;
Quod simul ac liquidus parteis penetraverit ardor
Corporis appositi, calor irruit intus, et omnem
Pervolat ignifero tremefactam volnere molem.
Contemplator item, cum jam dira æthere in alto
Lugubre sulphureas jaculantur fulgura flammas,
Mortiferamque rotant hyemem; tanto impete ferrum
Sæpe facultates miras, viresque trahendi
Accepit propriss, furtivamque induit artem.
Præsertim, clara si quando accenderit Arcto
Noctivagas Aurora faces, rubraque coruscum
Luce jubar, rutilumque polo monstraverit arcum,
Tum fixum mutare locum, statione relicta

Continuo, inque magis varianti volvier æstu
Magneta aspicies; donec fluor iste recedens
Fervidus antiquum dederit servare tenorem.

Fors et multa quidem tacito moderaminis actu
Circumagitur, magni permanans mœnia mundi
Vis, nostris invisa oculis: Ergo, Improbe, Numen
Esse Dei dubitabis adhuc, cum tanta patescant
Divinæ monumenta manus, demensne putabis
Sponte sua has moles fixos sibi ponere motus?
Nec me animi fallit, quod vis æterna coactos
(Quidquid erit) propria contorquet lege Planetas,
Scilicet hi certo vastum per Inane rotatu
Cœlestes iterare choros, et mutua plecti
Fœdera, dum medio Sol indefessus Olympo
Jussa regit spatia, et subjectos allicit orbes.
Atqui causa latet, neque enim concessa potestas
Abdita naturæ scrutari, obductaque cæca
Nocte ministeria, aut rationem exquirere mundi.
Nec tibi,* magne Parens, quamvis tibi dia reclusit

* Newtonus.

Flumina, sacratosque indulsit largior haustus,
Hoc tantum Doctrina dedit; neque lumina mentis
Clara tuæ densam poterant dispellere nubem.
Sit satis orta istinc cognoscere commoda, et axis
Virtutem, certosque maris prædicere tractus.

Et jam tempus erat, quando arctos incola fines
Linquere, et audacem pelago committere puppim
Inciperet, majora movens; ciet æmulus ardor
Ignotam tentare plagam, terraque relicta
Tutius, in medias descendere navibus undas.
Quis tamen insanos fluctus, quis rumpere primus
Æquora, vasta situ, vexantibus horrida nimbis
Audeat, aut sævis ponti occursare procellis?
En! Columbus adest! felix tu parvula talem
Terra tulisse virum, et primis fovisse trophæis!
Illi firma fides, totoque in pectore flagrans
Ambitio, irrequieta, agitans; Illi inscia flecti
Virtus, indignæ stimulis accensa repulsæ.
Præterea, Occiduæ jam tum telluris imago

Multa inerat, multusque adeo convisere terras
Urget honos facti, et magnæ vis vividæ mentis.
Nunc etiam tanti non unquam oblita laboris
Usque novo recolens studio, venerabile nomen
Musa referre juvat, meritamque edicere laudem.
Ut, fida tum fretus acu, et terrestria spernens
Claustra, intentati per formidanda profundi
Flexerit impavidum longinqua ad littora cursum.
Ut—Dux sola viæ nigra cum nocte negârat
Indicium, terræ cum jam spes irrita nautis
Despondere animos dederat, pelagique frementis
Horror, ut irati manifestæ numinis iræ;—
Ille, Auctor, cœptique tenax, interritus ausis
Perstiterit;—Tu fœmineos, Columbe, timores
Mittere tum potuisti, et tutos tangere portus;
Speratumque aperire, aliis felicior, orbem.
Tu Pater indigeno concussos fulmine montes,
Et juga spectâsti rigidis concreta pruinis;
Nimborumque atra sub majestate recondi

Piniferum caput, et ruptis latera horrida saxis
Tu quoque præcipiti torquentes vortice fluctus
Niagaram, Platamque, et quæ magis omnibus auctam
Volvit Amazon aquam, et vasto se proluit alveo.
Major abhinc rerum facies, et splendidus ordo
Exoritur, simul assiduis freta versa carinis
Fervere, dum claros accendit fama neptes.
Fata sequi paria, et similes deposcere lauros.
Quid tibi Gallorum classem, aut jactantis Iberi
Commemorem? vel quas toties præpandere cursus
Insolitos, longe liquidi super invia regni,
Inclyta pampineis Lisboa immiserit oris?
Tu vero ante alias, hinc tu Brittannia ponti
Arbitra subjectas late dominaris in undas,
Invictosque adeo pelagi sortiris alumnos.
Hinc et Ralivium jactas, animumque capacem
Ultoris Draci, et totidem claro ordine palmas.
Te quoque, te studio sequitur pia musa fideli,
Infelix Ductor! quem sæva injuria gentis
Ante diem, misera laniatum morte peremit!

Heu! quoties totum patefecit puppibus orbem!
Quot maris ignotos tractus, quod littora visit!
Sæpius Angliacam conferto in littore pompam
Pennigeri obstupuere duces, sulcataque rostris
Æquora, et insolita tarde se mole moventem
Turritam ignivomo cum fulmine majestatem.
Ille etiam, Angligenis semper metuenda, sub Arcto
Cincta gelu informi, et vastis rigida arva pruinis
Cerneret; Ille etiam Australem spatiatus ad axem
Suavia conspiceret Taïtæ rura, virentemque
Arvorum faciem, et pingues sine vomere glebas.
Hæc nobis Magnete latens animata potestas
Attulit, et socio conjunxit fœdere mundum.
Respice devictos celebres, Carthago, triumphos!
Hannonisque humiles ausus; tu Græcia parvum
Respice remigium, et timidos prope littora cursus!
Quæ seros diversa manet fortuna nepotes!
Quippe illo ductore viæ, tandem ultima late
Regna interfuso junguntur dissita fluctu.
Ubere dehinc aliis gremio Peruvia largas

undit opes; aliis aurato pondere dives
exico, et argenteas aperit Potosia venas.
ec sola Hesperiæ flaventes integit agros
urea luxuries camporum, et lucidus æther,
rpureisve rubent juga roscida cincta racemis.
inc qua, Augusta, tuas Thamesis prælabitur arces
rvida sollicito circumstrepit ora tumultu.
inc tibi thuriferas Oriens expandit arenas,
nbrosiisque ultro desudat balsama guttis.
at proprias tibi Niger opes, dat aromata Ganges
tia, te patrio Byzanti e littore portans
unera, submissis veneratur Turca tiaris.
Inde etiam excultæ fulgent felicius artes,
æque prius vires ventis abjecit inanes
erba, novum membris præstabit pressa vigorem;
que iterum, lethi tardata cuspide priscos
eta salus roseo renovabit lumine risus.
Auspice non alio, positis nova regna colonis
rgere, nascentis prima incunabula famæ
isa procul; quæ, saxa modo, latebræque ferarum,

Culta nitet varias regio gratissima fruges.
Scilicet haud alio, advenient volventibus annis
Lætior ille dies, cum tu redivivæ tyranni
Servitio, priscas agnosces Africa lauros.
Olim et tempus erit, quando incola Chamskadalæ
Horrentes patriæ nimbos, glacialiaque arva
Vincet, et insuetas mirabitur undique messes;
Ignotumve secans patriis in classibus æquor,
Te duce, fida maris domitrix, majora secutus,
Subjectam extremo spectabit cardine Thulen.
Ipse etiam, innocuæ recolens pia gaudia vitæ,
Lurida sacriferis ululatibus ergia ponet
Barbarus, et turpes calcabit mollior aras.
Tu vero, æternæ quoniam hinc Britannia famæ
Duxisti auguria, et tantos illo indice fructus,
Ergo fove proprii victricia regna profundi.
Hac duce, divinæ secteris munera pacis;
Expleves tractus alios, cultuque ferocem
Instituas, sociæ prætendens lumina vitæ:
Hac miseris solere, et debellare tyrannos.

Sic, dum sæcla novas referunt volventia lauros,
Largaque securos implent commercia portus;
Sic etiam, priscum imperium, antiquosque triumphos
Anglia, rite coles: sceptroque insignis avito,
Jura dabis, liquidoque potens dominaberis orbi.



NILUS.

NILUS.

DUM te mente fovet Britonum gens læta, tuumque
Nile, triumphali commiscet carmine nomen,
Ostrato decore exultans: dum te Anglica rite
Lumina suspiciunt, fortunatumque salutant:
Hæc Isis tibi dona dicat, meritoque lubenter
Officio Angliacæ testem virtutis honorat.
Nec vero interea tibi denegat invida laudes
Antiquas similesque suis. Nam tu quoque quondam,
Tu quoque, Nile, tuo vidisti in littore sacro
Crescentes paulatim artes, pulchreque vigentes
Fœque repertores rerum sophosque magistros.
Spectâsti innumeros, quorum ratione sagaci
Dispulit erroris nebulas, lateque per orbem
Doctrinæ radios Ægyptia terra profudit.

Hic primum ille Thales astrorum evolvere cursus
Hic et Pythagoras, et mens divina Platonis
Secretos penetrare sinus, animæque latentem
Scrutari naturam, immortalemque fateri.
Hic quoque Mæonides puro de fonte Poësin
Ducere: et haud aliis errans in finibus Orpheus
Saxa movere, rudesque lyræ modulamine sylvas.
Atqui non ideo tantum te, Nile, canemus
Musarum quod prisca lavas cunabula, et olim
Egregiis loca fœta viris: placet ipsa locorum
Majestas, placet ipsa tui torrentis imago.
Nempe ubi perpetuis caligat Sacala nimbis
Parvus ibi placidusque lates: mox fluctibus auctis
Inter Abyssiniæ scopulos Pelusia in arva
Vi rupturus iter. Tum vero quanta voluptas
Mixta metu, fluvium ante oculos spectare furentem.
Seu nemora Æthiopum juxta, atque Elephantidos arces
Spumosas vomat ille minas, montanaque contra
Claustra ruens, solidam scindat vasto impete rupem.

Seu jam avulsa rotans saxorum fragmina, cursum
Præcipitet magis, et nimium vicina Sienes
Mœnia concutiens, magno cum murmure sese
Volvat in abruptum plane intractabilis æstus.
At neque tanta tamen violentia terret aquarum
Assuetos fluvio indigenas; trepidusque viator,
Dum videt e ripa parvæ se credere cymbæ
Monticolam, et rapido sorberi vortice, plorat
Triste viri funus, vesanumque increpat ausum.
Ille autem elapsus barathro, immunisque periclî
Inferiore levem reficit sub littore lintrem.
Latior hinc, ratibusque adeo jam accommodus amnis
Sed pontis nusquam patiens, spatia ampla pererrat
Campi Ægyptiaci; et priscæ vestigia famæ
Splendida: centenis solitas effundere portis
Armiferam Thebas pubem; Ptolemaida Thebis
Pene parem bello; et venerantem numina Panos
Chemmim; dein Veneri sacram prælabitur ædem
Et fanum Alcidis; nec parvi nominis olim

Hermopolim Antinoënque urbes; dein marmore septos
Amfractus Labyrinthæos; regumque sepulchra
Pyramides, vasta tellurem mole prementes;
Ægyptique decus quondam, nunc rudera, Memphim.
Inde vagus magis atque magis, ac in flumina bina,
Hinc illinc celebrem præterlabentia Deltam,
Dividit, et Lybico immiscet septem ostia ponto.
Interea ipse sua humectans uligine terram
Ubertatis adest solus dator; ipse virenti
Gramine vestit agros, urnaque ex divite fundit
Luxuriem segetum, et frondpeos ruris honores.
Scilicet æstivo cum prata calore dehiscunt,
Tum fluvius tumet, ac riparum limite claudi
Indignatus, aquas late similisque paludi
Pandit, et imbriferis pro nubibus irrigat arva.
Ergo etiam varise circum tua littora gentes
Te merito frugum auctorem, Te, Nile, parentem
Herbarum nemorumque colunt; nec sanctior illis
Mos, quam rite tuos in vota vocare liquores.

Tempore neve alio lunarum splendidus ordo
Cernitur in levibus fluitare superbius auris,
Quam cum Turca potens magni delubra Prophetæ
Ingreditur, funditque preces, et numina poscit,
Ut saturata ferat fruges Ægyptus opimas
Et Byzantiacum solvat de more tributum.
Nec terræ tantum prodest genitabilis humor:
Ecce lacu effuso gaudet nova nupta, feracesque
Haurit aquas, geminique fovet spem pectore partus.
Ecce etiam longam peragrans mercator arenam,
Bassorææve ferens vestes, frugesve Damasci,
Sæpe camelorum costas calcaribus urget
Optatum ut possint fluvium potare, priusquam
Colligat intra alveum sese, campisque recedat.
Quæ sit norma autem, et quo pacto crescat et aquarum
Annua vis; varie rerum docuere periti.
Hi fluvium credunt Etesia flabra morari,
Quo minus in mare prorumpat: tellure sub ima
Cæca alii terebrare putant spiracula fluctus

Æquoris, in campos queis insinuentur hiulcos.
Fama etiam cecinit circumfusum undique Nilum
Haudquaquam proprias majorem excedere metas;
Sed tenues sensim sole absorbente vapores
Agmen aquæ minui, aequeque arcto condere in alveo.
At quisquis Nubiæ nebulosa cacumina lustrat
Collectasque videt pluviali æstate procellas,
Is putat inde amnem augeri, atque Agatharsida miro
Prosequitur studio, tantum qui noscere primus
Prodigium, et cæcam potuit perquirere causam.
Hæc adeo agricolæ cœlorum signa sequentes
Acriter observant ventos; et nubila quando
Auster agit, Boreæ cedentis flabra repellens,
Tum nec abundantem fluvium, nec messibus arva
Ter læta expectant: sed quum violentior Austro
Pergit Abyssiniam Boreas obducere nimbis
Surgentes sperant undas, sata læta coloni.
Id vero utcunque est, crescendi tempore in ipso
Incrementum illis metitur certior index.

Alta (vocant Mecian) medio stat in amne columna,
Felices umbras juxta lucusque Raodæ,
Transversis distincta notis: non mystica quales
Saxa ferunt, quas obtutu miratus inani
Hæret hians populus; sed quæ consurgere flumen
Admoneant, clausique fores pulsare canalis.
Ergo ubi speratum Mecias ostendere signum
Incipit, extemplo per compita lata Caïri,
Turbam inter strepitumque, canalis ad ostia pompam
Præfectus ducit: mediisque in millibus astans
Ter sceptro ripas ferit, et mox dejicit aram
Sacratam. Rivus tum spumeus aggere rupto
Irruere, et vacuas penitus complere lacunas.
Admissum spectans fluvium nova gaudia vulgus
Ingeminat, gratique parat convivia festi.
Puppibus hi pictis epulantur, aquasque ruentes
Remigio in numerum pulsant; pars cætera proras
Floribus, et variis certant obducere lychnis.

Interea per prata leves manus illa choreas
Exercet, luditque hilaris sub nocte serena.
(Istud enim nunquam obtristat nox humida cœlum,
Nec patitur densos luna obscurata vapores.)
Alnaee etiam sua sacra canunt—tibi, Copia, sacra;
Lætitiæ sua sacra simul, Cererique futuræ.
Et neque funerei suspiria tristia luctus
Nunc cruciant animos: nec virgo "valete parentes,
Frater chare vale, charæque valete sorores,"
Ingemit undoso jam dormitura cubili.
Nec juvenis submersam adpellans flumine sponsam
Pontificem incusat, furiisque accensus amaris
Præcipiti saltu lethalia fœdera sancit.
Hoc tu laudis habes, Mahumedæ indocte sacerdos,
Morem quod gentis mutâsti barbarum, et illo
Fraudâsti Nilum dono, meliore rependens
Munere Pelusi flaventia messibus arva.
Sic exoratur Venetorum a rege quotannis

Adria: sic læti connubia publica cives
Certatim celebrant; resonat sic vocibus aër
Ut sacer in medias immittitur annulus undas.
Sed neque pacificas tantum per littora pompas
Religio instruxit: pallis eadem induit albis
Pontifices, eadem sævo induit ære cohortes.
Ipsa et thuricremas si quando victima ad aras
Procubuit, cultrum suffecit: at hoc neque vastum
Exsaturat desiderium, neque munere gaudet.
Quin cæsorum inter congesta cadavera, rubros
Lætior egit equos, cunctantesque audiit axes
(Dum furit eversa victor bacchatus in urbe)
Strage natare, rotas et contorquere cruorem.
Quare ubi pingue solum extendit Nilotica Delos
Et late effusi supereminet æquora stagni,
Magnæ illic coiëre acies, spretisque periclis
Quæsivere emptas sacrato sanguine laurus.
Ipse inter primos rutilis effulsit in armis
Ricardus Britonum princeps; Turcasque fugaces

Stravit humi gladio exagitans, et multa coëgit
Volvere sanguineum confossa cadavera Nilum.
Nec minus audendo valuit, meruitve minorem
Galligenum ductor laudem. Laud'vice, Britannus
Sponte sua, patrium divellens pectore vulnus,
Te celebrat. Tibi enim Turani immittere castris
Terrorem, densasque datum est turbare phalanges,
Agmen agenti equitum, quos nec Mavortius ignis
Insolito fulgore rubens, morbusve, famesve,
Edomuit, certos cœlestia jura tueri.

Scilicet, hos olim peperit nondum impia natos
Gallia, magna virûm genitrix. Nunc effera proles
Ardet inexpletum sedes vexare quietas
Hostili rabie; et diro miscere tumultu
Quicquid in orbe pii est: leges evertere, sanctas
Insultare Cruci, et summum contemnere Numen.
Ergo etiam incassum juxta Nili ostia, sero
Vespere, munita gaudent statione potiri:
Nil tenebræ prosunt, nec portus tutior alto est.

Littoreas invadit aquas Britonum inclyta classis
Auspice freta Deo! et, mora nulla, per æthera sudum
It tonitru lethale sonans, navesque profanas
Fulgura sulphureos inter flagrantia fumos
Discerpunt. Tremit ima Pharos; latitatque caverna
Niliaca prædæ paulum crocodilus amatæ
Immemor, et ficti non conscia numinis Ibis.
Ecce autem terra jam lætior emicat ignis
Finitima; grati passim dant signa triumphi
Tædæ ardescentes, lumenque repercutit undis
Nilus ovans; hinc forte novos sibi laudis honores
Prospiciens, auctæque agnoscens omina famæ.
At Tu, clara armis tellus, dum sceptra profundi
Sola, invicta, tenes; dum formidanda tumenti
Incumbit pelago classis, gentesque remotas
Territat; exitiale tonans, audacia ponti
Murmura, luctantesque undas, regnumque rebelle
Compescens mole ultrici—Ne tu, ebria fastu
Degeneri, celebrare unquam præsentia spernas

Numina; pro sociis cœlis laudemve paciscî
Puram, sponte oblatam, atque, ut decet, irrequietam
Forsitan et tempus veniet quando accola Nili
Pollicitæ frustratus opis spe, templa prophetæ
Deseret, ac divos imbelles dedignatus
Procidet ante crucem, et venerabitur acta Jehovæ.
Nimirum haud aliter quondam in regionibus iisdem
Affuit Ille suis vindex: monuitque tremendo
Omine se regnare Deum.—O, quam dicere vellem
Omnipotente manu divulsa per æquora ductos
Abramidas, et mox retro refluentibus undis
Submersos turmatim hostes: neque enim ulla mortalium
Carmina fatiferam poterant avertere dextram
Numinis accensi.—Sed non mihi tanta referre
Fas; licet aggresso Nili celebrare meatus,
Littoraque Angliacæ dudum charissima Musæ.

RELIGIO BRAMÆ.

RELIGIO BRAMÆ.

M Pandioniæ felicia rura Mysoræ
! toties fœdata armis, et cæde suorum,
: nova, positisque jubet mansuescere bellis
a potens rerum Britannia, et alta Seringa
super, tandem infidi scelus ulta Tyranni
ı triumphali pandit victricia pompa.
:oriare aliquis, faciles cui rite canenti
ıt Pierides, faveatque vocatus Apollo:
oriare aliquis, digno qui carmine possis
ıtriæ, et faustis Britonum gratarier armis,
ıoribusque ducum Phœbæam innectere laurum;
viora decent, si quo conamine cultus,
:ra antiquæ valeam primordia gentis

Scrutari, memoresque oculos per sæcula retro
Flectere, et assidua deprendere singula cura.
Nec vero dictu facile est, quis fœdera legum
Prima dedit populis, quo sese auctore tuetur
Jam fido ad seros studio deducta nepotes
Religio, quam non armis evertere præceps
Temiridum rabies, non longo sæcula lapsu,
Non rerum potuere vices, mutataque regna.
Seu quis longinquis Ægypti advectus ab oris
Niliacos hospes ritus, et mystica sacra
Intulit, omnigenumque immania monstra deorum.
Quales aut arcani inter penetralia templi
Memnoniæ Thebæ coluere, aut regia Memphis,
Aut antiqua Säis sacris operata Minervæ;
Seu veteres docuere Magi, quo tempore Nini
Turrigeras linquens arces, camposque patentes
Assyriæ, Imäi ad montes, et flumina Gangis,
Indomitum (ut perhibent) animosa Semiramis agmen
Egit, et imperiis orbem subjecit Eöum.
Immo etiam, si vera monent, quibus alta vetustas

Semotos aperit fontes, hæc purior olim
Religio, et ritu nondum temerata profano,
Divinum auctorem, et majora exordia novit.
Ille autem (neque enim studio juvat omnia vano
Scrutari, aut pelago nimium dare vela patenti)
Ille adeo, legum et cultus quemcunque fatentur
Auctorem, non sorte pari, non legibus iisdem,
Non uno voluit sociari nomine gentem.
Sed populum ordinibus distinctum rite quaternis
Nulla inter sese consortia mutua vitæ
Ducere, nec patitur communi accumbere mensæ,
Aut thalamos sociare una, lectisve sub iisdem
Ævum agere—ipse artes proprias, et idonea cuique
Officia indixit, jussitque ante omnia sortem
Quam sibi nascenti dederant sua fata, tueri.
Ergo omnis (nam æterna sibi hæc discrimina servant)
Certa legens proavûm fido vestigia gressu
Insequitur, patriasque colit non immemor artes
Usque pari studio pubes; longosque per annos
Idem stat vitæ tenor et fortuna dom orum.

Infimus, officiisque aptus servilibus, ordo
Imperii patiens alieni, operumque gravatus
Pondere perpetuos exercet Shudra labores.
Aut indefessis manibus servilia pensa
Expedit, aut duro versat sub pondere terram.
Vel qua triticeæ autumni sub sidere fœtu
Luxuriant segetes, densæ vel messis oryzæ
Obducat pingues limosa uligine campos.
At dives contra, studiisque exercita lucri
Congestas vario cumulat de littore merces
Byzarum soboles, quæ lætis cinnama campis
Ingens Taprobane, molles quæ thura Sabæi,
Et quas jactat opes Mæsoli flumina propter
Fœta metallorum venis antiqua Pytindra.
Aurumque, et liquido radiantes lumine gemmas
Mox tibi nobilius specie, virtute, locoque
Spectandum genus, indomitæ queis corpore vires,
Nesciaque in mediis belli trepidare periclis
Corda vigent: ergo usque illis mavortia castra,
Militiamque sequi, aut valido defendere fines

Præsidio—tales sceptris, solioque potiti
Centum olim regnis (dum res stetit Indica regno,
Necdum atrox placidos armis vastaverat agros
Temirus, et veterem imperii turbarat honorem)
Jura dabant—talis numeroso milite Porus
Ausus in Æmathias bellum tentare phalangas,
Sanctior his primos merito sortitur honores,
Interpresque audit legum, divûmque sacerdos
Bramanides, quos ipse olim sua sacra tueri
Brama parens rerum jussit, mentisque vigorem
Addidit æthereum, et cœlestis semina flammæ.
Illi autem placidos tectis consortibus annos
Absumunt, et nunquam oculis spectanda profanis
(Grande ministerium) magni præcepta parentis
Evolvunt, purisque animis, et simplice victu
Conciliant faciles vota in communia divos.
Ergo, qui rapido viset contermina Gangi
Mœnia Cassidiæ, aut valido munimine cinctam
Orthuram, in geminos Caberis qua scinditur alveos,
Et circumfusis Seringam amplectitur undis,

Continuo flammæ claro fulgore coruscans
Emicuit Bramæ forma, et radiantibus alis
Incubuit moli, vitamque per omnia fudit.
Jam vero quæ rite locis disposta videbat,
Ne gravis urgeret, nullo tutante, ruina,
Omnipotens cavit genitor, Bramæque perennem
Te, Vistnæa, dedit comitem; tu quicquid ubique est
Per terras, cœlique arces, pelagusque profundum,
Altrici cura et præsenti numine servas.
Sævior, absimilisque tui, Mahaveda cruentas
Ore giganteo præportat pectoris iras.
Cui pater armatam furiis, et fulmine dextram
Addidit—ille ergo quicquid mortale creatur
Exitio rapit, atque in prima elementa resolvit.
Ille vias lethi varias, morbosque, famemque,
Bellorum rabiem, tempestatumque furorem
Intulit, et terras passim permisit habendas.
Proxima tu merito cœli in statione locaris
Naturæ, Bhavana, pareps; genitalia rerum

ina quæ recreas vîtali fœtâ calore.
ıeris omne tui est, teneram quod sæcla animan-
tûm
ciunt prolem, et quod mollior aura Favoni
ıe novis vestit redolentes floribus agros.
ıuoque, quandocunque lubet, mortalia corda
: domas cœco, castosque accendis amores,
maritalis custos sanctissima lecti.
n qua sese infert gressu furibunda citato,
ultu Nareda truci! manus altera vibrat
:ronem ferale minans, caput altera collo
lsum torquet, fumant gradientis ubique
pedibus fœdo dilapsa cadavera tabo.
illi lætæ stipant delubra choreæ,
cantus, festisque juvat lyra pulsa diebus,
acrymæ, luctusque hominum, scelerumque luelæ,
ıue, et rabidas angens discordia mentes,
ndæque placent mortes—at fana cadentûm
ı pudor! extremo resonant pertenta ululatu,
ıiaque humano conspergitur ara cruore.

Quid memorem et doctas referentem Palladis artes
Ganesam, et largis quæ messibus alma labores
Agricolæ Lucæa beat, quique agmina divûm
Antevolans, dubiæ medio in discrimine pugnæ,
Casticus innumeris manibus flagrantia tela
Vibrat, et eversos valido pede conterit hostes?
Heu cæcas hominum mentes! quæ talia divûm
Numina crediderint! vana formidine ductæ
Quas sibi non lacrymas, quos non peperere dolores!
Nam neque funestas cœli placarier iras
Scilicet, aut veteris credunt vestigia culpæ
Deleri, immeritis ultro nisi corpora mulctent
Suppliciis, proprioque expendant sanguine pœnas.
Ergo aut longa trahunt inopi jejunia victu,
Insomnesve agitant noctes, domibusve relictis
Æstivos pariter soles, hybernaque nudi
Frigora per sylvas tolerant, ubi maxima ficus
Annosos centum pandit per jugera ramos,
Innumeramque uno prodit de stipite prolem.
Quinetiam aut artus subjectis ignibus urunt,

proni in terram sternunt, onerantque catena,
ndiaque infigunt præacutis vulnera claris.
: inter, nimiis ubi jam cruciatibus ægri
ciant, nihil aut lethalem avertere morbum,
fractas curant renovare in corpore vires,
niseræ ulterius producere tædia vitæ,
nte ipsi fatis cedunt, morientia membra
nte sepulchrali properant committere flammæ.
fuerit morborum expers, et cruda senectus,
perstant tamen humanæ commercia vitæ
sse, atque domos fugiunt cœtusque suorum,
idiaque, et curas hominum aversantur inanes,
icet ut nequid mentes mortalia tangant.
rgo intenti animis te solum, Brama, tuumque
trantes toto mirantur pectore numen;
ectantque avide supremi funeris horam,
im felix anima, et terrenis libera vinclis,
dem ipso in cœlo, summique ante ora parentis
at iter, libetque æternæ gaudia pacis.
irum, cæca quamvis caligine mersi,

Non tamen errantes tota regione feruntur,
Sed spirant sublime aliquid, dum se quoque cœlis
Deberi, atque ipsos meditando adtingere rentur
Posse deos; ergo et casta prece numen adorant,
Et neque prava sibi, neque turpia gaudia cœli
Fingunt, ingentemque colunt virtutis amorem.
At tu, sancte parens, animis quam obfuderit olim
Cæca superstitio, fac tandem tela diëi
Lucida discutiant noctem; fac huc quoque Christi
Regna tui pateant, et quos inscitia veri
Usque premit populos, miserisque erroribus angit,
Ad te rite voca, numeroque adscribe tuorum.

FINIS TOMI SECUNDI.

Oxonii: Typis J. Munday.

POEMATA

PRÆMIIS CANCELLARII ACADEMICIS

DONATA,

ET

IN THEATRO SHELDONIANO

RECITATA.

VOL. III.

OXONII:

VENEUNT APUD J. MUNDAY; ET APUD LONGMAN, HURST, REES, ET ORME, LONDINI.

1810.

CARMEN SECULARE.

CARMEN SECULARE.

'ELICES Britonûm curas, atque addita vitæ
ommoda, et inventas artes, bellique triumphos
xpediam: vos, Angliacæ clarissima gentis
umina, queis mundi rerumque arcana retexit
ɔsa volens natura; et vos, qui, Martia passi
'ulnera, pro patria justis cecidistis in armis,
Iagnanimi Heroes! vestras date floribus urnas
pargere, nec nostræ conamina temnite musæ.
Sit mihi fas audita loqui, sit facta referre,
'ardaque bis denis volventia tempora lustris
ɛespicere, humanæ licet æquora turbida vitæ
Iusa gemat circumspectans, secumque revolvat,
Ioeste, hominum scelera, et parvo sub pectore
fluctus

Irarum ingentes, et corda oblita futuri.
Inde graves nasci luctus, et bella per orbem,
Et diræ passim cædes, et mille doloris,
Mille mali facies; fuso Discordia crine
Funeream accendens tædam, insatiata cruore
Vindicta, et desolatas bacchata per urbes
Ambitio, et Culpæ merito comes addita Pœna.
Nam pater omnipotens ignotis legibus orbem
Temperat, et denso noctis velatus amictu
Sceptra tenet;—nobis, credo, neque machina rerum
Tota patet, certive arcana volumina fati.
Haud tamen, haud nostrum est, rerum alte exquirere causas,
Tantum adeo aversamur opus; magis acta referre
Et patriam aggredimur laudem; vocat altior armis,
Altior ingenio Brittannia, sæcla parentum
Exsuperans fama, et majoribus inclyta cœptis.
Depictas alii vocès, Cadmeïa signa,
Et Batavûm curas, calami quæ tædia primum
Et scriptæ docuere moras odisse tabellæ;

Mirando ductas alii magnete carinas,
Nitratosque ignes celebrent, imitataque divûm
Fulmina, vim quorum contra nihil ipsa valeret
Lorica Æacidæ, aut clypei septemplicis orbes.
At cœli docuisse vias; quo concita motu
Sydera agant certa nocturnas lege choreas;
Qui cursus anni; quo sol moderamine flectat
Errantes stellas, medii ad prætoria mundi
Regius ipse sedens; coeundi quanta cupido
Ordine quæque suo teneat; quo turbidus æstu
Invadat terram fluctus, fugiatque vicissim,
Luna, tuum comitatus iter; quæ splendida lucis
Materies; septemque Iris trahat unde colores;
Laus erit hæc saltem, nostroque hæc gloria sæclo.
Quanquam etenim haud nostris illuxit prima diebus
Vis animi, Newtone, tui, et felicior ætas
Ingenii eximios jactet nascentis honores;
Sed vidisse tamen, sed et audivisse docentem
Te, decus O Patriæ, naturæ magne sacerdos,
Contigit huic sæclo, et circum flevisse sepulcrum!

Nec vero, interea, nobis non utilis unda
Suppositis flammis, modicoque expansa calore,
Mirum adeo tulit auxilium: stat turris ad auras
Sulphurea nebula, et fumosis cincta tenebris,
Pendet abhinc, vastamque extrudit in aëra molem
Ferratis trabibus, centumque innexa catenis
Machina; quin subtus calefactæ sævit aquæ vis
Alta petens, gelidam tecti de culmine lympham
Quæ simul accepit gremio, condensa residit,
Desertumque super spatium, et vacua atria linquit:
Nec mora, præcipiti tendens in inania lapsu
Irruit, et portam obstantem circumfluus æther
Deprimit; hinc motu alterno surgitque caditque
Libra ingens, molesque graves, congestaque tollit
Pondera: non alio humentis penetralia terræ
Auxilio ingredimur, qua divitis ima metalli
Vena latet; tali domitum molimine ferrum
In varias cogit formas, fingitque premendo
Malleus; at veniet tempus cum viribus illis

Adverso tardas urgebit flumine cymbas
Navita, et obstantes vincet sine remige fluctus.

Sed neque nos ignota latent tua tempia regna,
Aura levis; quantos ibi nostri mira triumphos
Vis tulit ingenii! lustratam navibus æthram,
Littoribus longe patriis terraque relicta,
Vidimus, et vasti superantes mœnia mundi
Icarias homines auras contemnere pœnas.

Quin et scire datur, quo crebris ignibus æther
Innocuum micet, ardentem quo fulminis alam
Ducat docta manus, certoque in tramite flammam
Dirigat; agnosco hæc nostris concessa diebus
Arcana, et prœvis longos ignota per annos.

Nonne vides? nimborum inter cœlique tumultus
Præscripto celeres concurrunt ordine flammæ,
Porrigit excelsum qua ferrea virga tridentem,
Servatrix; tutis assurgunt templa columnis
Interea, regumque domus, atque aurea tecta.

Hinc etiam variis aptat medicamina morbis
Naturæ expertus sapiens, renovatque tremorem

Corpora fracta senum, et tristi languentia nocte
Membra. Jam, vitreo circumvolvente cylindro,
Igneus exiluit vigor, et penetrabilis artus
Percurrit calor, et venis se immiscuit imis.

Quid referam servata undis, ereptaque letho
Corpora, dum sævis Acherontis faucibus hæret
Eluctans anima, et vultus et livida circum
Tempora diriguit concreto flumine sanguis.

Atque ea dum in patrio molimina tanta movemus
Rite solo, interea haud segnes aliena per arva
Assequimur famam, meritosque augemus honores.

Vos fortunati, primum quibus ausa carina
Spernere cæruleos fines, et limina rerum
Antiqua, et magno nova quærere littora ponto.
Talibus incœptis olim tua flumina, Amazon,
Inventique Cubæ scopuli, Gyanæque paludes,
Visaque thuriferis pulcherrima Florida pratis.

Non tamen Hesperius ductor, non classis Ibera,
Non quos armipotens emisit Lisbea nautas,
Laudibus Angliaci certent ducis; ille oenantes

Annyanis scopulos inter, glaciataque ponti
Claustra tenebat iter; non illum terruit Arctos
Parrhasis, atque suis Boreas sævissimus oris.
Nec minus immites tractus, et littora vidit
Australi vicina polo, qua frigida pandit
Saxosos Maloina sinus, atque altera nostris
Subjecta imperiis, terrarumque ultima Thule.
Illum auri non dira fames, non impia duxit
Ambitio, aut sævæ fallax pietatis imago;
Sed patriæ divinus amor, sed vivida virtus
Impulit, et meritæ laudis generosa cupido.
Nec lustrare vias tantum, tractusque latentes
Æquoris, audaces jussit Brittannia puppes;
Scilicet, oceani imperium, invictumque tridentem
Classe virisque potens, tenet, æternumque tenebit
Illa, maris Regina; en, Plata sonantibus undis,
Ultimus, en, Daonas, et fulva Tigris arena
Fundit opes varias, prædæque assueta Malaya
Submisso nostras veneratur acinace leges.

Quid tantum memorem imperium, quid subdita regna
Æthiopum, primoque rubentia littora sole,
Et quibus occiduo curru jam lenior oria
Illuxit fessæ tandem via sera diei,
Nobis, quos rapido scindit Lucrantius æstus,
Felices parent campi; et quæ plurima Ganges
Regna lavat; positis armis exterrita pacem
Birma petit, gens dura virûm petiere Marattæ.
Quid Javæ refertam sylvæ, quid saxa Mysoræ,
Quæque nimis tepido consurgit proxima soli
Taprobanen, lutasque tuas, Caffraria, vites?
Tuque etiam, imperitis Gallorum erepta catenis,
Anglorum læto fluitantia signa triumpho
Vidisti tandem, Meliste! tuque, inclyta Calpe,
Firma manes, nostris dudum decorata tropæis;
Quæ rupe Herculea, quæ milite tuta Britanno,
Hispanisque minas et inania despicis arma,
Interea, quæcunque vians tenuere per undas,

Sæva licet nostro minitetur Gallia regno,
Et conjuratis Europe ferveat armis,
Submittunt humiles nobis vexilla carinæ.
Nec tamen has tantum meruit Brittannia laudes,
Magna armis—major pietate—hinc ille remotos
(Ille decus nostrum et meritæ pars optima famæ)
Lustravit populos, et dissita regna tyrannûm,
Pandaret ut mœstas arces invisaque Phœbo
Limina, qua nigris late sonuere cavernis
Assidui gemitus et iniqui pondera ferri.
Hinc etiam Lybico consurgunt littore turres,
Et nostræ inculţis monstrantur gentibus artes
Hesperidum scopulos extra, et deserta Sabaræ
Fœda situ: nec longa dies, cum servus iniqua
Vincula rumpet ovans, et pictas Gambia puppes
Et nova arenosis miretur mœnia ripis.
O patria, O nimium felix! seu pace volentes
Alma regas populos, et justa lege feroces
Arbitra compescas; seu belli tela coruscos

Fulminea metuenda manu,—tu maxima ponto,
Tu circumfusis victrix dominaberis undis.
  Cincta etenim patria frondentia tempora quercu
Se comitem adjunxit, nostroque in littore sedem
Aurea Libertas posuit; non illa furentes
Sueta animos, cæcique incendere pectora vulgi;
Qualis Sarmaticis olim regnavit in arvis,
Effera,—sanguinea,—aut qualem nunc Gallia plorat
Maternis sparsam lacrymis et clade suorum:
At regnis, Alurede, tuis quæ candida primum
Effulsit, cœli soboles, quæ sæva Britannûm
Frænavit corda, et torvis metuenda tyrannis
Jura dedit:—longos illinc deducta per annos
Imperia, et trino concordia fœdere regna.
  Marlburios testor cineres, effusaque Galli
Agmina, cum luctu pallens Lodoicus et ira,
Undique disjectas acies, fœdataque flevit
Lilia, vix demum media securus in urbe,

Quid Libertatis potuit divinitus ardens
Flamma, quid invicti, testor, potuere Britanni!
Nec jam magnorum proles oblita parentum
Nascimur; haud adeo divinus pectoris ardor,
Martiaque edormit virtus: tua flumina, Nile,
Testor, quasque Tagus dives devolvit arenas!
Scilicet et fractas vidisti, Texela, classes,
Et spes abruptas, atque irrita tela tuorum!
Quid referam claras victrici classe calendas
Qua viridem Armoricen inter, Dumnoniaque arva
Hesperio resonant Uxantia littora fluctu?
Cum spreto malesana Deo, totumque per orbem
Gallia, cæca, furens, cunctas sibi subdere gentes
Sperabat, solioque sacros detrudere reges,
Reppulit ipsa suo venientem littore pestem
Anglia, et his saltem vetuit consistere terris.
Ergo inter medias Europæ illæsa ruinas
Constitit, haud rerum tantis labefacta procellis,
Devictas inter gentes, et diruta late
Imperia; has coluit Pietas conterrita sedes,

Has antiqua Fides, atque O, ni tristia fati
Jura vetent, orbis primum cohibere tyrannos
Nostrum erit, eversoque iterum succurrere sæclo.

FODINÆ.

FODINÆ.

ARCANAS telluris opes, quo viscera pacto
Intima, et occultas fas sit penetrare latebras,
Mira hominum inventa, et duros sine sole labores,
Expediam; usque adeo juvat explorare feracis
Abdita Naturæ, vitæque recludere in usus
Munera primævi congesta ab origine mundi.

Quare age, et internum quo sit digesta per orbem
Fœdere materies, coëat qua lege gravata,
Contemplare memor; cæca hæc spectacula rerum
Admiranda tibi, et cura inscrutanda sagaci.

Principio constat (quemcunque habuisse tenorem
Hanc molem perhibent variis compôstam elementis)
Vi flammæ assiduo, et crebris convulsa ruinis
Dissiluisse locis laceræ primordia terræ.

Inde hæc congeries intus distracta procellis,
Et quodcunque olim effuso submerserit æstu
Diluvies, magno miscent se corpore; nec lex,
Nec series his una manet, quippe ordine rerum
Turbato penitus, fœtus glomerantur in unum
Innumeri, lapidûmque genus, mistæque natantûm
Exuviæ, et variis interlita strata metallis,
Culpæ hominum indicia, et meritæ vestigia pœnæ.
At non hæc ideo confusum et inutile pondus,
Æternum torpere solo voluisse rearis
Naturam, ipsa tibi passim, dux fida, repôstas
Prodet opes, ultroque dabit certissima signa.
Indicio est, si qua rimam exhalare vapores
Sulphureque imbutos fontes, crustave rubenti
Obducta aspicias late loca, tempore et ipso
Brumæ se glaciem citius dissolvere in undas,
Languidulasque herbas sterili marcescere gleba;
Dein quales præceps devolvat flumen arenas,
Et quos littus amet lapides, speciemque coloremque
Inscrutare soli, neve aversere bifurcæ

Virtutem coryli, et virgæ mirabilis usus.
Nec te jejunos tractus, et inhospita regna
Visere pœniteat, nec ruptis faucibus olim
Tosta eructantes imo ex fundamine montes
Viscera, non illic absunt fœcunda metalli
Pondera, non denso latitantes ordine gemmæ.
At prius ignotæ terræ quam creditur, ingens
Descendat terebra, atque ægro penetralia nisu
Explorans, subtus quæ sit fiducia venis
Præmoneat fido augurio; deinde actus ad imas
Ducat iter latebras puteus, qua tramite recto
Scala gradus suspensa ferat, transversaque certis
In spatiis tabulata adsint, hic sucula pondus
Sublevet, et superas per trochleas tollat ad auras.
Scilicet assiduo labor impendendus, et acri
Durum opus urgendum studio, penitusque profundæ
Visendæ sedes, et spissa nocte tenebræ.
Nec mora, sub specubus tandem delapsus Avernis,
Dum spes sollicito dubias sub pectore volvit,

Sese operi accingit fossor; stant munera cunctis,
Cuique suum; venas pars indefessa vagantes
Per mille ambages, longo et loca ducta recessu
Exquirunt; pars crudam inflexo poplite massam
Sub rimis hærentem ægre scrutantur, in arcum
Succumbuntque humeris; vastis laquearia tignis
Sustentant alii: cura his, per fracta viarum
Ducere sub magno stridentia pondere plaustra.
Interea tremulum vix fundunt lampades ignem,
Atque interrupti medio de fornice lychni
Dependent, resonantque cavo curva atria pulsu.
Sæpius ilignis cuneis diffindere saxa
Profuit, et latices crescenti infundere rimæ,
Quo magis hinc vires lignum, penetrante liquore,
Expansum accipiat, venasque avellat hiantes.
Si tamen hic graviora obstent, præruptaque rupes
Dorsum ingens, lata objiciens se mole recumbat,
Hinc spes certa, arctum si quis sub caute foramen
Excavet, atque intus compresso pulvere nitri

Sulphureo, inducat flammas; displosa repente
Fragmina, et attolli montem penetralibus imis
Cernere erit, subtusque atro loca lurida hiatu.
Atqui non tantas operûm molirier ausus
Fas impune homini, lethi tot mille pericla,
Tantæ instant ubicunque vices; seu saxa ruinam
Horrendam collapsa trahant, sive agmen aquarum
Prorumpat, rapidoque furens ruat omnia rivo.
Multum etiam humores et non innoxius aër,
Et lenta officiunt contacti peste vapores,
Præsertim subito sensus obrepere visus
Cum stupor, et præmissæ exstingui tæda lucernæ.
Nam quisquam infectas simul ac captaverit auras,
Continuo obluctans brevis in pulmone laborat
Spiritus, et gravis effundens sese halitus, ora
Obstruit, Amsancta qualis sub valle mephitis
Tetra olim, Stygiusque lacus graveolentis Averni.
Sæpę leves volitant circum laquearia lanæ
Tenuis ubi graciles suspendit aranea casses,
Fatale indicium! tum fixa horrore silenti

Ora hominum videas venturæ præscia stragis,
Ne quisquam invigilans operi in discrimine tanto
Admoveat temere funesto lumine tædam.
Quin et sponte sua accensæ miro impete nubes,
Qua data porta, ruunt, piceaque voragine ab imo
Antra simul, fractosque artus, operumque labores
Turbine correptos miscent, torquentque sub auras.
Sæpius hinc altis ignes torpere cavernis
Sopitos, flammisque ferunt per sæcla repressis
Durare, et tardos furtim se emittere fumos.
At multa ingenium, multa et sibi repperit usus
Adjumenta mali, quid qui tellure sub ima
Per fossas, summaque exstructos arte canales
Effusas divertit aquas, vel quos bibit haustus
Antlia, commemorem, implexi quid mira cylindri
Inventa, et sursum eductas siphonibus undas?
Quid dicam insertis puras qui follibus auras
Sufficit, atque tubum docet exhaurire vapores,
Pabula vivifici inducens æstusque salubres
Aëris, auxilium quo non præstantius ullum

Deficientem animam, et vires revocare solutas.
Parte alia Stygiis penitus submersa tenebris
Antra jacent, gelidi nisi qua sub fornicis umbra
Sulphureas inter nubes, noctemque malignam,
In gyrum rapide ferratus volvitur orbis,
Innocuas silicis flammas lucemque ministrans.
Fossorem interea vanis terroribus urget
Cæca superstitio; sive exaudita per umbras
Vox nota increpitet Genii, somnisve susurrans
Admonet; ergo illi instaurat solennia dona,
Nec quicquam tentare audet, memor ante precatus
Quam fuerit supplex votisque vocaverit omen;
Ipse deus venas aperit, redimitque latentes
Rite favens operi, et præsenti numine firmat.
Quippe metus ubicunque habitant, riget ipsa locorum
Relligio, tenebrisque silens circum incubat horror!
Nimirum et tacita stringunt formidine mentem
Tristia regna situ, et cæcis prærupta barathris;
Speluncæque nigræ, et vasti telluris hiatus

Solis inaccessi radiis, strepitusque laborum
Insolitum resonans per opaca crepuscula noctis,
Atque hominum fœda illuvies, et mista tumultu
Murmura, torrentûmque fragor, stridorque rotarum,
Et late inferno spectacula squallida ritu.
Hactenus hæc, sed restat adhuc pars ultima curæ.
Continuo massas et inertia pondera boli
Crebra terant frangantque molæ, fontisque perennis
Unda lavet, colique exudent vimina guttas:
Quo more (ut perhibent) gelidi prope Phasidis olim
Littora, traxerunt auratum in Colchide vellus.
Torqueat inde modis variis fornace calenti
Chemicus, et terræ expurget vis ignea partes,
Sulphuraque, arsenicumque, et rubra fæce pyriten.
Nec pigeat varias artes, omnemque metalli
Excoluisse usum, et tanto invigilâsse labori;
Scilicet indulsit passim mortalibus ægris
Natura auxilium, atque inopis solamina vitæ,
Æqua parens, vario distinguens munere terras.
Hinc larga Æmathii fuderunt pondera campi,

Hinc tibi, Carthago, subjecta Hispania quondam
Reddidit argentum, cuprique rubentis honores
Sufficis Eöis vicina Niphonia Seris.
Quin Golconda suis jactet se splendida gazis
Mille ferens gemmas, rutilasque adamante fodinas;
Nec frustra patiens operis cavat incola montes
Pannonios; juxta horrendum sub carceris antrum
Usque urges miseras pensa ad servilia gentes
Idria! væ duro nimium commissa luentes
Supplicio, et torto indignas sub verbere pœnas!
Quinetiam sese insinuans penetrabile virus
Auræ angit, diris torquens cruciatibus artus,
Et fractæ enervi languent in corpore vires.
Quid referam quos læta sales Polonia fundit?
Pulchrum opus! hæc tacito obtutu spatia ampla viator
Dum peragrat, nequeunt expleri corda tuendo;
Chrystallique domos inhiat, simulacraque miro
Exsculpta ingenio, vitreisque innixa columnis
Prismata, et insuetis structas regionibus urbes.

Quin et Hyperborei fines rigidique Codani
Littora, et æternis Dalecarlia stricta pruinis
Dona ferunt; tuto quondam hic, Gustave, receptus
Hospitio, et patriæ versantem corde salutem
Te grati indigetes celebrant, juvat usque labores
Indignos memorare tuos, studioque fideli
Relligione loci sacras monstare latebras.

Tu quoque inexhaustis nimium generosa metallis,
Et frustra auriferos jactans, Peruvia, tractus,
Heu! quantos casus et tristia fata tuorum,
Et patrio quoties spumantem sanguine Platam
Spectâsti, eversasque urbes! quo tempore Iberos
Trans maris Hesperii fluctus, nova poscere regna
Et late extremos orbis spoliare recessus,
Seu pietas suasit, seu spes arrecta Doradæ.

Hos tibi si renuit Natura, Britannia, fœtus,
Ipsa parem laudem affectas, neque cedis honori.
Tu ferrum, stibiumque foves, cuprique ruborem,
Tu plumbi liventis opes, et fusile stannum.
Ergo nauta olim Tyriis transvectus ab oris

Metæ ultra Herculeæ fauces, Calpenque supremam,
Dumnonios penetrare sinus, projectaque saxa
Bolerii, classemque ausus subducere Ocrino
Littore, et insueto puppes onerare metallo.
Nec vero educis jam nunc, Cornubia, prolem
Degenerem, residemve sinis torpere veterno;
Quin passim mage fervet opus, ciet æmulus ardor
Quique Monæ querceta colunt, sanctosque recessus,
Plenaque monticolas rimantes jugera Cambros,
Et quos Deva errans lambit, quos flava Sabrina,
Tundentesque juga omnigenis effœta metallis
Cornavios, rigidisque fovet quos montibus horrens
Cumbria, Brigantesque, amplos porrecta sub agros
Ubera queis læto conferta cubilia pingui
Sulphure nigrescunt, piceisque bitumina venis.
Sive istis concessa locis ab origine rerum
Munere divino credas, penitusve sepultum
Herbarum, fruticumque genus, sylvasque virentes
Subsidisse olim liquefactæ viscera terræ.
Ergo tibi quoniam gremio de divite tellus

Fundit opes, belli jamdudum assueta triumphis,
Anglia, ne patrios tu dedignere labores.
En spes fausta operis! seræ pars maxima famæ
Auspiciis inventa tuis, vi mota vaporum
Machina perrumpit victrix obstantia claustra,
Et sese omnigenos sub terra accingit in usus.
Hinc alias tentâsse vias, pelagusque sub ipsum
Ignotas homini demum reserâsse cavernas
Contigit, hinc longum studiis exercita pacis
Securo passim commercia fervida portu,
Provectasque artes, et cultæ commoda vitæ
Aucta magis, rerumque novam, volventibus annis,
Præsumas seriem, et partas sine sanguine laurus.

BYZANTIUM.

BYZANTIUM.

ERGONE magna virûm genitrix, atque arbitra rerum
Græcia barbaricis flebit devincta catenis?
Ergone Cæsareas inter dominabitur aulas
Efferus Othmanides; turpique obducta veterno
Aspera Brutorum proles, audaxque jacebit
Libertas, duraque empti virtute triumphi?
At non auspiciis sub talibus, arva relinquens
Ausoniæ quondam, et felices Tibridis undas,
Detulit augustos Euxinâ per æquora vultus
Impigra terrarum domitrix, magnumque renascens
Imperium, jussitque novos salvere Penates.
Nimirum egregios sensim dediscere cultus
Virtutum, propiusque feros audire frementes
Roma Getas, Scythiæque acies, turmasque rebelles

Sarmatiæ, et gelido properantes Thracas ab Istro!
Ergo, novas optare domos, ubi pace repôsta
Effœtos paulatim animos, roburque senescens
Sceptri instauraret; solioque immobilis alto
Prospiceret magnos, magna de stirpe, nepotes.
Ac rapida veluti quum fulminis icta procella
Stat celsis lacerata jugis, ambustaque quercus
Brachia agit, si forte comas et inutile lignum
Exsecet, en sterili subito de stipite pastor
Miratur frondesque novas, et turgida succo
Vimina, et horrentes juvenili semine ramos.
Scilicet hisce opibus majorum exordia rerum,
Et genus egregium, et claros, longo ordine, fastos
Byzantî jactare arces: hinc diruta laxo
Atria circuitu, et fundamina vasta domorum
Nunc quoque post tanto, fœdo licet, obruta luxu,
Antiquæ siluere diu præconia famæ,
Virtutesque adytis dudum cessere profanis,
Hinc latum hippodromon, spatiumque immane palæstræ,

Marmoreosque hominum vultus, eversaque claustra,
Arduaque immensi monumenta ostendere regni,
Quæ sæpe, Indiacis pelago delatus ab oris,
Nauta repercusso longe rutilantia Phœbo
Vidit, ut, aufugiens hyemem, melioribus annis
Seston, et insani fauces tentaret Abydi;
Clarorumque inhians tacitus decora alta locorum
Nec patriam meminisse suam, cantataque Eois
Vatibus auriferi curavit flumina Gangis,
Taprobanisve hortos, viridisve roseta Moduræ.
Tempore non alio (rapidi torrentis ad instar
Quos Arctoa Parens gelidis emiserat antris)
Dura cohors Scythiæ sæpe indignantia retro
Lumina detorsit felix ubi Thracia longe
Explicuit segetes, interque palatia regum
Lenibus argutæ zephyris tremuere cupressi;
Atque hyemem indigenam repetens, tristesque cavernas
Terrarum imperium, abreptosque invidit honores.
Sæpe per obsessos Persarum exterritus agros,

Sanguine concretos fluctus obscœnaque volvens
Ora virûm, late cæcos crebrescere Tigris
Audiit armorum sonitus, frendensque Sapora
Victricem medias aquilam fulgere per umbras
Nocte intempesta, rutiloque ardescere tractu
Thuriferas vidit sylvas. Adde otia pacis
Secura, et lepidæ jucunda insomnia Musæ,
Jusque datum populis, victæ quo tempore demum
Edidicere nefas patrium contemnere gentes,
Et rudia Argolicæ strinxerunt pectora leges.
Adde et barbarico Barcæ satiata cruore
Littora, Vandalicasque fugas, domitumque Canopum,
Et fractas Lybiæ turmas: Adde inclyta fama
Rursus ut indignis solvens colla aspera vinclis
Roma Palatina sacrum caput extulit arce,
Libera quum Getico, Belisari magne, tyranno
Te reducem cepere tuæ cunabula gentis,
Sacratoque iterum suspexit margine Tibris
Desuetasque aquilas, veterisque insignia famæ.
At passim disjecta solo fœdataque miles

Mollior aspiciens veterum monumenta parentum,
Et taciti spatia ampla fori, et nigrantia fumo
Fragmina templorum, et truncas, sine nomine formas,
Conticuit, laurosque inter fastumque triumphi
Tempora prævidit quum fato urgente sinistro
Altera Roma rues, similique eversa ruina!
Nunc tranquilla dies, et iniquo subdola risu
Fortuna, incertique beat pellacia fati!
Non Te belligeri Jemuginæ ferrea proles
(Arctoas hyemes quamvis, Anienaque linquens
Littora, trans Arabum fines, atque ostia Nili
Gesserit imperium) non Te collecta sub axe
Tempestas quatit armorum, licet "aspera Vindex,
Audiat, Europæ," et cœli melioris amore
Falcatas acies, robustaque millia fundat
Heröum, et patrio pictas pro more caterras.
Heu felix nimium! si non exosa triumphos,
Si non pertæsum sceptri, famæque fuisset
Græcia! Sed lento serpens ignavia gressu,

Sed mala luxuries, nimiique injuria regni,
Blandiloquaque serens odiorum semina lingua
Seditio, en! miseræ sensim per viscera genti
Insinuare viam; mollique infundere tactu
(Fervida dum nitido mentitur in ore juventus)
Tristia lethiferi introrsum contagia morbi.
Ergo per Europæ extremos se attollere fines.
Vix animi jam fida satis dubioque timore,
Per vulgum ambiguas discordia fundere voces;
Mox fremitu propiore minans per Romula passim
Mœnia grassari, Graiasque ululare per urbes
Insolitum. Rupto sævit Germania vinclo,
Desuetosque animos, plenamque recolligit iram
Barbariæ rediviva cohors: ipsa ardet in iras
Ausonia, et veteris perrupto fœdere amoris
Cognatas in bella acies, fraternaque contra
Signa locat, sociaque ultrix dominatur in urbe.
Nec mora; quin domitæ descendens montibus Idæ
Eoasque domos Arabum, Solymæque relinquens
Mœnia et incesto gaudentem nomine Meccam

Sævior hostis adest, duris quem montibus olim
Caucasus, et gelidis nutritum Hyrcania tesquis
Miserat eversorem Asiæ: comitatur euntem
Ægyptus, rutiloque calens sub luminis axe
Threicios poscit zephyros nemorumque latebras
Nubia: quin vacuos queritur Panchaia campos
Dives opum, longæque trahens fastidia pacis
Ultima majores agitat Balsora triumphos.
Audiit horrisonum belli increbrescere murmur,
Audiit illisis plangentia cærula remis
Devicti Regina orbis, dum fata fuerunt,
Debile nunc monumentum, et magni nominis umbra,
Græcia; et obsessa pallens despexit ab arce
Majores hominum formas, spoliataque passim
Littora, et insolitas immani mole carinas:
Audiit et tremuit. Torpet (proh numina) torpet
Scipiadas jactans proavos, duroque Catones,
Brutorumque mares animos, Deciosque Camillumque
Enervis Byzantî acies, arasque lacertis

Invalidis prensans, quod non depellere bello,
Non armis arcere valent formidine leti
Percita, nequicquam cessantia fulmina poscunt,
Iratosque vocant sera in tutamina cælos.
Procumbunt turres, arcesque, operosaque moles
Murorum, et vasto castella minantia ductu,
Procumbunt portæ : at penitus detecta patescunt
Augustique lares, et avita palatia regum,
Marmoreique apices templorum, et fulta columnis
Atria Byzanti priscos testata triumphos ;
Dum ferus obtutu suspectat miles inani
Egregii decora alta loci, sedesque cruentat
Sacratas, mediisque amens bacchatur in aulis.
Tandem ergo exacto felici temporis ævo
Hesperiæ stella alma jubar radiosque serenos
Tristibus obducit nebulis : tandem ergo ruit vis
Romula, terroremque Asiæ, rerumque magistram,
Post longum imperium et rutili spatia ampla diei,
Formido tenebrarum, atque intempesta premit nox.
Et jam suspirans vestigia fœda victor

Miratur pompæ veteris, refugitque Penates
Suspectos, tristique timet se credere regno.
Nimirum his audax immitibus exulat arvis
Libertas; hinc sacra fides; hinc casta Camœna,
Et Themis, et tristi discedens Gratia vultu;
Hæ, Scythicas pia turba hyemes, regna aspera longi
Frigoris, Arctoasque docent mitescere ventos,
Et roseas longe pennas glacialibus auris
Expandunt: celsam interea super incubat arcem
Irarum malesana cohors, ignaraque flecti
Barbaries, pallaque ferox succincta cruenta
Relligio, densusque sacræ caliginis horror.
Nempe triumphator quamvis, rerumque magister
Audiat, incultæque inter fastidia luxus
Occiduum Othmanides propior tremefecerit orbem,
At non mansuetæ novit commercia vitæ,
Non certos coluisse toros, non dulcia sanctæ
Fœdera amicitiæ; sed fati incauta futuri
Speque metuque carens, ignava, inhonesta propago,
Qua vaga luxuries, qua cæca licentia ducit,

Proluitur frænorum expers, sensumque fatigans
Incestos animi pascit, dum nauseat, æstus.
Idem atris sævire odiis, vulgique tumultus
Et cæcos pronus fremitus, idem aspera bella
Sanguineasque ciere acies, cædemque rapinamque
Et spreta immanem vindictam quærere vita.
Quippe nec audaces animas, compage soluta
Corporea, æthereos perhibent ascendere tractus,
Et sine fine ævi propius propiusque supremo
Adventare deo; terrarum ut sorde retentas
Tunc demum, incestos Paradisi invadere campos,
Nectar ubi vivo stillans de pumice, lassos
Lætitiæ irritat stimulos; ubi mollior aura
Afflatu ambrosio delirum inspirat amorem,
Et Venus indefessa, et non explenda libido.
Talem adeo infelix, sævo subjecta magistro,
Talem adeo populum vidisti Græcia ab imo
Eruere imperium fundo, dum pallida longe
Sedit inassueto correpta Europa timore,
Ne forte effræno descendens milite victor

Tenderet ulterius sceptrum, templisque relictis
Rursus in everso regnarent Tartara sæclo.
Nunc quoque, virtutum quamvis oblita priorum,
Regna jacent, humilisque inter fœda orgia luxus
Audaces jactet proavos, et inutile Turca
Othmanidûm sceptrum, et vastos sine remige portus,
Nunc quoque præteritæ per tot vestigia famæ
Suave est, post longum, manci ludibria fati
Respicere, et Romæ qua tot sonuere triumphi,
Tot nituere artes, tot fortia pectora honesto
Laudis amore diu, studiisque arsere decoris,
Solvier in lacrymas. Hæc saltem munera poscit
Priscus honos, et gentis adhuc modo signa moretur
Relligio nondum meliorum oblita dierum.
Ast erit ille dies (modo præscia Musa futuri
Noverit arcanos fatorum aperire recessus)
Nempe dies aderit, quum tot per sæcula victrix
Eversum gemet imperium, et radicibus altis
Exosi deflexa cadet stirps eruta regni:
Quin et magnanimos recolens rediviva labores

Rursus in Argolicis sacrum caput efferet arvis
Vivida Libertas, longisque erroribus actis
Mollia desueto mitescent sæcula bello;
Quum nova progenies æterna pace reposta
Perleget antiqua ductos feritate triumphos,
Nec tantum audaces credet peccasse parentes.

MELITE.

MELITE.

ILLUSTRES animæ, vos O, quorum inclyta virtus,
Vindice freta Deo, Solymarum contudit arces,
Othmanidumque oppressam odio cultuque profano
Judæam eripiens, Christi instauravit honorem
Incolumem, salvete, virûm dilecta Jehovæ
Agmina! relligio, vestris stabilita per orbem
Auspiciis, cultæ commercia quærere vitæ
Et docuit positis mansuescere sæcula bellis.
At vobis haud parta quies! nondum ira propnetæ
Cesserat Othmanidi, spretive injuria regni
Exciderat Turcarum animis; non gesta per orbem
Prælia, tot fusæque acies sanctique triumphi,
Atque Palestinæ conspersi sanguine campi.

Heu! quoties mare velivolum, nutante tyranno
Prospexit solio; neque tu, Mahumeda, timentem
Solaris! quoties, mundi tutela, sacrati
Ordinis emicuit virtus! Ptolemaida testor,
Atque inter medios splendentia signa Sabæos.
His infensa diu, furiisque immanibus acta
Erumpit gens tota ardens excindere pronum
Imperium, obsessaque Rhodi dominatur in urbe.
Ergo infracta malis, gazas vix hoste receptas
Puppibus accumulans, famæ monumenta prioris,
Ibat pulsa cohors, et sedibus exul amœnis
Regna per hybernos fluctus sortita petebat.
Et jam optata diu procul albescentia cœlo
Attollit sterilis Melite capita ardua rupis:
Non ibi maturis flaventia frugibus arva;
Altera non vineta Rhodi, et viridantis olivæ
Injussi fructus; non sponte cubilia florum
Excipiunt; sed proluvie fœdissima passim
Turba avium, et stratæ per littoris otia phocæ.
At (genus interea obductum feritate) coloni

Fervere late æquor, totumque albescere velis
Mirantur, fremitusque virûm æratasque carinas.
Proh! quantum longinqua valet mutare vetustas!
En! ubi purpurea campos sol luce tegebat,
En! ubi per nemora aspirabat mollior aura,
Dum nymphis stipata, suoque acclinis Ulyssi
Diva infelicem malesana bibebat amorem:
Quippe ferunt terram, seu sedibus ima labaret,
Seu mare concussam rabidis submergeret undis,
Dissiluisse locis, et qua viridantia prata
Cernere erat, vivosque lacus, et dulcia Tempe,
Nunc pelago incumbunt prærupta cacumina saxi.
Attamen hinc proavorum ausus, regesque propinquos
Jactat, et illustres per sæcla quaterna parentes,
Octonasque refert gentes, alienaque servat
(Quisque suæ) genus heröum discrimina linguæ.
Non illis infida agitat discordia mentes;
Quippe nec ulla domi soboles dulcesque hymenæi,
Sed fera libertas, et nescia cedere virtus;
Integra sed pietas animi, et consortia legum

Fœdera conjungunt pulsæ incunabula gentis;
Nec prius in numerum sanctorum adscripta juventus
Aut crucis insigne, et votiva accingitur arma,
Quam noctem invigilans prope sancta altaria Christi,
Præsidiumque afferre piis, miserisque salutem,
Pauperiemque pati, atque æterna accendere bella,
Æternumque odium infidos jurârit in hostes.
Ergo illi tenues vitæ contemnere curas,
Ultricesque in morte audent spirare furores,
Seu pius urget amor, seu maxima jussa verendi
Principis: ille etenim aceptri molitur honorem
Unus, et immissas irarum flectit habenas.
Talem ergo fundare novas in fluctibus arces
Aspexit gentem, invictumque resurgere flevit
Exitium regni Othmanides, cultusque labantes
Numinis infandi, quassasque expalluit aras.
Nec mora, saxa super Melite clivosque minantes
Turritum caput exæquataque mœnia cœlo
Miratur, sanctæque crucis fluitantia signa.

Tum pandit levis unda sinus aquilone reductos,
Et tacitos infra portus, ubi carbasa ventis
Plena legens cumulat stipatas navita merces,
Quas tu, Nile pater, septena per ostia volvis.
Non tamen hi tuti quondam latuere recessus;
Sæpe etenim aëria speculata ex arce Pachyni
Viderat, immanis fremitu Trinacria ponti
Ereptas, equitare per hospita littora messes.
Sæpe hinc, dum classes spectaret dives onustas
Inclyta majores sperabat Roma triumphos,
Venturumque diem, quum jam grassata per orbem,
Herculea quantum gens Itala distat ab arce,
Usque coloratos sceptro submitteret Indos.
At cautes ingens se desuper objicit hosti,
Et cœlo tabulatæ impendent arcibus arces;
Quin late exesa immani conamine saxa
Horrendas pandunt fauces, candentiaque ora,
Sulphuris et calefacti ardent in rupe camini,
Quos contra non mille rates, non mille valerent
Ignitisque globis et sparso fulmine turres.

Nec solum hæc belli jactat munimina tellus
Martia, sed priscos mores dediscit, et artes
Continuo colit inventas, mox temperat agros
Arentes, scatebris immissa canalibus, unda.
Flava Ceres, Bacchusque una diffundere circum
Largus opes, gratosque recessu læta per hortos,
Et fruticum genus omne, et poma rubentia ridet,
Et diffusa beat læta indulgentia coli.
Nec minus exculptis eduxta palatia portis
Regali assurgunt luxu, artificumque labores,
Marmoreumque decus, pictisque instrata tapetis
Prœlia, victricesque acies, fortunaque gentis.
Quæ tamen has inter moles sublimior ædes
Emicat, atque altis delubra extructa columnis,
Liminis et custos divini forma ministri?
Atqui jam video te, Christi fide sacerdos,
Cernere vix pelago ereptum, sociosque laborum,
Quos tibi de scelo undarum concessa potestas
Servârat letho: vulgus mirantibus hæret
Circum oculis miserans: qualis clementia vultu!

Qualis digna Deo majestas lumine fulget!
Adventum fugiunt pestes, morbique maligni;
Et rabidæ febres; felicibus exulat oris
Monstrorum dira illuvies, iræque ferarum,
Fœdaque cœlestes formidat vipera visus.
Quin, venerande hospes, tu terram experte fidelem
Usque novos præsens tutela accende nepotes;
Numine fausta tuo gens Christi asperrima vindex
Subruat Othmanidisque minas rabiemque tyranni!
Talibus auspiciis crescit fortuna renascens
Imperii, sequiturque vetus nova gloria nomen.
Nec jam Turca audet pelago se credere aperto;
Sed vix tuta legens timido sua littora cursu
Devovet invisæ arcu crudeliter hostes
Arma fremens, vanumque vocans in bella prophetam.
Cernis, ut innumera sese ferventis ab arce
Byzanti effudere acies, rostrisque revulsum
Undique plausu æquor resonat; socia agmina jungunt
Præda ardens Tripolis, Tunetique effœta proles.

Prospiciens longe venientûm ex æquore vultus
Horribiles, barbasque truces, capitique tiaram
Implicitam, princeps visu imperterritus armis
Instruit heroas, Martemque expectat iniquum,
Et cœlo inspirans vires fiducia firmat.
Et jam immensa procul curvato a littore nubes
Velorum assurgens obductas occupat undas;
Jam prope barbaricæ scintillant cornua lunæ;
Jam ferus hostis adest, quales sub corde furores
Falsa agitat pietas, lascivaque gaudia cœli,
Et fœdæ illecebræ, lethique instantia fata,
Non arcenda moris, non ipsi obstanda prophetæ.
Eheu! Sol quoties cæde indefessa reliquit
Agmina decedens! quoties sub luce resurgens
Mutatam Martis faciem, et flagrantia vidit
Insolitis fera bella odiis! quanto impete præceps
Machina vix ægro scandentes mœnia nisu
Dejicit, et complexa hamis, semiustaque misceri
Corpora corporibus, liquefacta bitumina venis
Implicat, et laceros ignis depascitur artus!

Proh! dextræ invictæ! Proh! vitæ prodiga virtus
hristicolum frustra! ni sceptro Hispanus avito
ospiciens sociam trepidus per marmora classem
itteret, atque acies urgeret in arma morantes.
se igitur longa Melite formidine solvit,
prostrata jacens inter dejecta domorum
ılmina continuo rursus fulgentia cernit
cenia majestate nova, et formosior orbis
toniti decus, undarum regina, resurgit.
Felix quam multos Europa aspexerat annos
rstare incolumem, clarosque evolvere fastos,
: regum insanos longe exaudire tumultus!
er felix amota procul discordibus armis!
i spatiata super, victrix impune, superbis
iruta regna armis, fœdataque templa cruore,
incula concusso intentaret Gallia mundo;
uem, patriæ pestem, nutriverat horrida Cyrnus.
domitas linquens Alpes, Rhenumque minorem,
ictor ab Hesperia jamdudum assueta rapinis
gmina agit, vultuque ferens simulata sereno

NATALE SOLUM.

NATALE SOLUM.

UNDE hominum sese insinuans per pectora, cunctos
Ducat amor patriæ, cur hanc mirarier unam,
Hanc colere assuescant blanda dulcedine capti,
Hanc studiis ornare ardent, armisque tueri,
Expediam, ut potero, paucis, causasque docebo.
Illud enim imprimis moveo, et dabit ipsa fidem res,
Ne quis inexpletum terræ natalis amorem,
Affectusque animi tantos divinitus ortos
Credat, et humanis innatos mentibus esse.
Quippe quod ingenitum est, id vitæ tempore in omni
Prodet se indiciis manifestis, usque necesse est.
At vero queis ridet adhuc puerilior ætas,
Et nondum maturi habilis vigor ingenii vim

Explicuit, docuitque vices dignoscere rerum,
Non illi, consueta modo sibi cætera restent
Gaudia, non illi patrlis excedere flentes
Sedibus, aut, tenera virgo quasi matre relicta,
Concipere inde solent memori sub mente dolores.
Quare non ista fieri ratione putandum,
Sed potius quia consuetudo pectora mulcens
Vi tacita quadam regit, et prædulcia fingit
Omnia, et arcano mentem devincit amore.
Atque adeo indiciis fas hoc cognoscere certis
Est tibi; nam positas sub iniquo sidere terras,
Si quis et immitis semper patientia cœli
Barbara regna colat, nihilo tamen ardet in illis
Segnitia, et toto hæc miratur pectore, quam si
Divitias natura suas profuderit illic
Passim, et floruerant anni ridentis honores.
Quid Libyæ memorem semper ferventis arenas?
Quid porro regionem illam, qua frigore semper
Fama est occludi cœlum intractabile, fines
Propter Hyperboreos gelidique Cerambucis undam?

Illic nec latitans hederæ Philomela sub umbra
Dulce melos resonat, nec verno tempore flores
Lætifici pingunt, nec odora rosaria terram.
Non oleæ segetesque vigent, nec vinea fœtu
Purpureo, aut reddit pomis felicibus arbos,
Sed modico assuetus semper, patiensque laborum
Incola difficilem victum colit horridus inter
Horribiles iras Aquilonum, et turbine nimbos
Crebro incumbentes, et inhospita flabra procellæ.
Ille tamen patrio victum de more petitum,
Exiguosque Lares, et tecta mapalia cannæ
Pauperiemquè humilem in consuetis sedibus, ante
Auratasque domos, atque ante palatia regum
Ponit, et his felix penitus sibi plaudit in agris,
Quo magis haud alia credes ab origine nasci
Mirandum patriæ semper ridentis amorem.
Porro infelicis mentem sævi inde labores
Exulis exanimant, quo tantum vulnere corda
Percita succumbunt, cum jam natalia fletu
Rura miser, carosque Lares, et limina nota

Linquit, et extremum vix edit denique lingua
Deficiente, Vale.—Sedes cur respicit illas
Pallida perfusus guttis rorantibus ora?
Scilicet haud illum subeundæ infamia pœnæ
Tantum dura movet, neque sæva pericula terren[redacted],
Non agri, neque mordet opum jactura suarum,
Sed quod cuncta sibi cernit puncto unius horæ
Mutari, cœtus hominum, et consueta locorum,
Ruraque, quæ toties lætus peragraverat, et quas
Longa dies animo caras adjunxerat sedes.
Hoc est, quod gemitus, hoc, quod suspiria surgunt.
Ergo errans tacitus peregrino in littore tristes
Ille suos animo casus, et flebile fatum
Usque adeo meditatur; et in deserta recedens
Avia, præteritos lustrat non immemor annos.
Atque ibi vocali mulcens vel arundine curas,
Vel docto citheram pertentans pollice, notum
Attigerit si forte melos, memoresque quondam
Carmina, cum pulsus nondum natalibus arvis
Esset, et incolumis staret fortuna suorum;

Tum vero lacrymæ fluere, et concussa moveri
Pectora, et exoritur luctûs miranda cupido.
Et velut anteacti forsit lustrantibus ævi
Tempora, si quando subeunt loca dulcia nobis,
Quæ pueros fovere, ac in queis lusimus olim,
Limina, perfusas illa dulcedine mentes
Mixta subit quodam tacito mœrore voluptas;
Ille suo haud aliter multum indulgere labori
Gaudet, et æternum pascit sub pectore vulnus,
Neve feros adeo credas crevisse dolores,
Quod sibi fracta domus tantum fortuna labasset;
En tibi qui terras alio sub sole jacentes
Finibus evecti patriis melioribus ultro
Auspiciis petiere, vides ut sæpe dolorem
Corde premunt tacitum, quamvis arrideat illis
Usque adeo fortuna favens, placidoque tenore
Semper eant miseris immunes luctibus anni.
I, pete quos æmulans amor irrequietus habendi
Impulit, ut patriam placidæque domestica vitæ
Gaudia posthabeant, cupidi et conquirere summas

Enitantur opes, Bengalæ ditia regna
Inter, et assiduis sitientes solibus Indos.
His tamen, his etiam videas quam sæpe recurrens
Prædulcis mentem patriæ contris'at imago;
Quasque reliquerunt sedes mirantur, et alto
Multa recordantes secum sub pectore versant.
Ergo illis etiam media inter festa, dapesque
Lætificas turbari animi, tristesque dolores
Fronte sedent, tremuloque micant in lumine guttæ.
Sæpe etiam in somnis, si vera est fama, relictæ
Ante oculos astare domus, astare videtur
Cœtus amicorum, et perfusi fletibus ora
Sæpius amplexus blandos inferre parentes,
Audiri et voces: "Heu quid speciosa sequendo
Deserere hæc properas multum majoris habenda;
Atque per ambages frustra palare viarum
Inscius, et studio circum versaris inani!"
Ast illi somnis miserum trepidare fugatis
Continuo, et miro corda incenduntur amore
Antiquas iterum patrum convisere sedes,

Atque oculos dulci specie satiare suorum ;
Nequicquam, quoniam stridens immitibus undis
Distinet Oceanus, tractusque immania aquarum.
Denique jactatus sævum incumbentibus Euris
Navita, cum portus tutos et littora tandem
Attigerit peregrina, quibus consistere fessus,
Et reliquum incolumis vitæ decurrere possit ;
Dic age, quid patriam perstet conquirere ; dic, quid
Tranet Atlantæi fragili rate magna profunda
Æquoris ; et quamquam violento turbine venti
Omne salum perflent, pluviisque e nubibus atrox
Tempestas glomerata ruit, tamen ille minaci
Credere se cœlo, pelagisque sonantibus audet.
Nimirum noto rursus requiescere lecto,
Dilectosque ardet coram lustrare Penates.
Hoc pro tot cœli mariumque laboribus unum
Expetit, hoc animo multum prægestit apisci.
Usque adeo assiduæ vis consuetudinis ingens
Efficit, et mira quadam dulcedine cunctos
Ducat amor patriæ, penitusque ardere sub altis

Mentibus et toto dominari in pectore possit.
Ergo etiam et studiis hanc exornare laborant
Semper, ob hanc animos certant profundere leto.
Sic olim Graiæ gentes, sic maxima Roma
Egregia virtute diu viguere suorum.
At tu quanto alias felix Britannia gentes
Laudibus exsuperas, tanto magis et tibi prolem
Obstrictam ingenti studio, et pietate fideli,
Optima Mater, habes; non quod maria omnia cir-
cum
Imperio premis ingenti, quod littore in omni
Tot tibi navali surgunt ex ære trophæa;
Non quod longinqui domitis a finibus orbis
Eöas submittit opes tibi discolor Indus:
Non tuus ingentis Thamesis quod fluminis unda
Convecta extremi accipiat commercia mundi;
Sed quod sola potes servilia vincula natis
Demere; quod sancto legum moderamine nôsti
Imperium validum firmare, quod omnibus æquum
Consulis, atque acres populos cum rege potenti

oncilias; quod pacem adeo, et placida otia late
iffundis, quod amica tuis late otia regnis,
t dulci instauras sub libertate quietem.
lis tu nominibus demum, sanctissima Mater,
uspicimus læti, soboles tua; nec tibi quicquam
fficiunt, quas jam miscens agit undique turbas
allia; tu interea, tanti secura pericli,
il refugis ferro ingentem decernere litem,
ola licet, solisque tuis confisa Britannis.

TYPIS J. MUNDAY, OXONII.

ERRATA.

VOL. I.

Pag. 3. l. 10. *pro* vacuum *lege* vacuam.
—— 3. l. 10. *pro* amotum *lege* amotam.
—— 58. l. 1. *pro* captos *lege* cœptos.
—— 75. l. 12. *pro* possit *lege* poscit.
—— 92. l. 1. *pro* adauxerit *lege* adduxerit.
—— 92. l. 12. *pro* sufficet *lege* sufficit.
—— 99. l. 12. *pro* Carthaiæ *lege* Cathaiæ.
—— 113. l. 8. *pro* intersocias *lege* inter socias.
—— 117. l. 10. *pro* quem *lege* quum.
—— 125. l. 5. *pro* socio *lege* socia.
—— 163. l. 8. *pro* convexaque *lege* convexique.
—— 173. l. 9. *pro* phalanges *lege* phalangas.
—— 175. l. 5. *pro* altos *lege* altas.

VOL. II.

—— 58. l. 18. *pro* centum *lege* certum.
—— 61. l. 6. *pro* Hippolyte *lege* Hippolyti.
—— 64. l. 18. *pro* exciti *lege* acciti.

VOL. III.

—— 62. l. 9. *pro* qua *lege* quæ.
—— 62. l. 17. *pro* citheram *lege* citharam.

DEC 12 1935